Q. D. B. V.

HENRICI BODINI, JC.

DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

ALIENATIONE BONORUM ECCLESIASTICORUM

RINTELII SUB PRÆSIDIO

VIRI JCTISSIMI

DN. BERNHARDI Schultzen/
Conſ. Haſſiac. & d. Univ. t. t. P. P.

Anno 1672. habita
nunc denuo ab eodem
reviſa ac edita

HALÆ MAGDEB. CIϽIϽCCXII.

TYPIS CHRISTOPH. ANDREAE ZEITLERI, ACAD. TYP.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

280

Digitized by Google

Digitized by Google

J. N. D. N. J. C,

Theſ. I.

SOla natura rationalis eſt dominii capax; fundamentum enim omnis dominii eſt intellectus & libra voluntas, quæ ſoli naturæ rationali inſunt: quod probatur hac ratione; Per quod homo habet poteſtatem diſponendi de rebus, illud eſt fundamentum dominii. Atqui homo per intellectum & voluntatem habet poteſtatem in ſuos actus & per ſuos actus in res externas; Ergo. Deinde ratio dominii includit poteſtatem liberam & ordinationem in aliquem finem: Atqui ſolius rationis & voluntatis eſt ordinare libere in aliquem finem; Accedit ex ſacris pandectis *Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, ut præſit piſcibus maris, beſtiis terræ, &c.* ubi tribuitur homini præfectura & dominium in beſtias terræ & piſces maris, ratione imaginis divinæ, in quo autem homo ſit creatus ad Dei inſtar, explicat Grot. *in comm. ad Gen. pag. 3.* Vid Franciſc. Victor. *de Indis noviter inventis 1. p.* 420. Deus T. O. M. abſolutiſſimũ & independes habet dominium in omnes creaturas, ratione creationis & conſervationis, per quam tota creatura ſecundum ſubſtantiam & omnes ſuas perfectiones eſt ex ipſo, & per ipſum, unde de omnibus libere diſponere poteſt prout placuerit, ſepoſita tamen ipſius liberali promiſſione & ordinatione, quæ quandam obligationem inducit. Hujus inſigne nobis argumentum præbent divina oracula quæ nos docent, Deum ipſum contra naturam facturum, niſi promiſſa præſtaret.

Digitized by Google

Nehem. *9. v. 8.* Hebr. *6. v. 18. & 10. v. 23.* 1. Cor. 1. *v. 19. 10. v. 13.* 1. Theſſ. *5. v. 24.* 2. Theſſ. *3. v. 3.* 2. Tim. 2. *v. 13.* Unde ſequitur, ut promiſſa præſtentur venire ex natura immutabilis juſtitiæ, quæ Deo & omnibus his, qui ratione utuntur, ſuo modo communis eſt. Grot. *de I. B. lib. 2. cap. 11. n. 4.* ibique Oſiander in notis *pag. 904. 905.* Hoc dominium independens Deus neque poteſt abdicare, neque ulli creaturæ communicare, nec ullam creaturam ab eo eximere, hujus enim titulus eſt creatio & conſervatio a cauſa ſuprema & independenti, qui titulus neque communicari neque ab eo quisquam eximi poteſt. Vi hujus dominii Deus ſine culpæ intuitu habet jus in vitam & res hominis. Grot. *de I. B. lib. 1. c. 1. n. 10. in fin. & lib. 2. cap. 21. n. 14. lib. 3. cap. 11. n. 6. 18.* D. Thomas *2. 2. q. 64. artic. 1.* Victor. *relect. homicid. n. 21.* Omne igitur dominium, quod creaturis competit, infinitis partibus eſt inferius, & eſſentialiter dominio divino circa unamquamque rem ſubordinatum, ab eoque dependens. Leon Leſſ. *d. juſt. & I. Lib. 2. c. 4. dub. 1.*

II. Mortalis verò hæc vita tranſigi non poteſt niſi plurimis copiis hujus terreni, terrenis occurratur neceſſitatibus. Eccleſiaſtici quidem primitivæ & veteris Eccleſiæ ſine terrenis poſſeſſionibus ex liberis oblationibus cum magna frugalitate fuerunt ſuſtentati. Chryſoſt. *hom. 21. in 1. Cor. hom. 33. ad popul. Antioch.* Ambroſ. *d. offic. l. 2. c. 16.* Tertul. *in Apol. c. 39.* Quamvis vero fidelium oblationes in Eccleſiis copioſiſſimæ eſſent, ipſi tamen Epiſcopi Clerici ac viri omnes Eccleſiaſtici & Eccleſiæ miniſtri præter victum & veſtitum, corporalesque neceſſitates nil aliud ex illis ſibi ſumebant, ſed modeſtam & frugalem vitam a luxu & vanitatibus ſeculi remotiſſimam agebant, ex ipſa Chriſti & Apoſtolorum inſtitutione. Hinc divitias, quæ eſſent ſupra illas neceſſitates, Eccleſiaſticos minime decere, Sancti Patres conſtanter docuerunt atque monuerunt. Origenes ſacerdotes Chriſtianos, ſi poſſeſſionibus eſſent opulenti, comparat Sacerdotibus Pharaonis *in Gen. hom.* 16. idem *hom. 15. in Levit.* Hieron. *in epiſt.* eſt frequens in ſacerdotum paupertate commendanda; *ut in epiſt. ad Tit. c. 1. 12. q. 1 c. duo ſunt* quæ loca refert Marc. Anthon. d. Dom. *d. Rep. Eccl. lib. 9. cap. 1.* qui *cap. 3. n. 4.* fatetur, tempore Hieronymi, qui vixit Sec. IV. Eccleſiam habuiſſe villas

ac poſ-

ac poſſeſſiones. Hier. *d. vita Matth. l. cit.* Auguſtinus, qui eodem ſeculo vixit *tr. 6. in Joh. & Ep. 225.* villas in Eccleſia jam viderat, & hæreditates accipiebat. Poſſid. *in vita Auguſt. c. 23. 24.* licet aliquas etiam reſpuerit. S. Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, quem ſolum noverat Theodoſius Imperator, qui digne vocetur Epiſcopus referente Sozom. *lib. 5. hiſt. c.* 18. agros Eccleſia habebat & adminiſtrabat. Ambroſ. *orat. in Auxen. Epiſt. 32.* hic vixit Sec. IV.

III. Initium prædiorum poſſidendorum videtur fuiſſe lex Conſtantini Imp. qui *l. 1. C. d. SS. Eccleſ.* univerſalem tribuit licentiam Eccleſiæ & aliis venerabilibus locis immobilia relinquere. Nec obſtat, quod Cyprianus, qui ſeculo III. vixit, *ſerm. d. Lapſis* mentionem faciat fundorum, agit enim ibi de abuſibus & avaritia Epiſcoporum, qui non pro Eccleſia, ſed pro ſe ipſis & nundinas exercerent, & fundos alienos raperent. Marc. Ant. d. Dom. *d. rep. Eccl. lib. 9. c. 3. n. 4.* Uſus bonorum Eccleſiaſticorum eſt, ut miniſtri & pauperes alantur, & Eccleſia conſervetur, captivi redimantur. Cyprian. *lib. 1. c. 10. lib. 3. epiſt. 10.* Origenes *tr. 31. in Matth.* Proſper. *concil. Aquisgr. c. 25.* Chryſoſt. *hom. 1. in epiſt. ad Tit. lib. 3. d. Sacerd.* quem uſum etiam docet Concilium Gangrenſe Concilium antiquiſſimum ſtatim poſt Nicænum celebratum *can. 8.* Antiochenum ſub Juliano eodem tempore elebratum & approbatum. In ſexta Synodo generali, quæ edidit Canonem, qui habetur *12. q. 1. C. Epiſcopus*, Aurelianenſe concilium primum circa fructus agrorum 1. c. 7. Turonenſis Synodus. 3. ſub Carolo M. *c. 10. 11. 6.* Aquisgranenſe Conciliũ ſub Ludovico Pio *c. 116.* Synodus Aquisgr. ſub eodem Ludovico Pio *can. 7.* Ambroſ. *lib. 2. d. offic. c. 28.* Conſentit conſtitutio Impp. Leonis & Artemii *cauſ. 10. q. 2. c. 2. §. Hoc jus porrectum.* & octava Synodus *cauſ. 12. q. 2. c. 13. 14. 15.* Marc. Ant. d. Dom. *d. Rep. Eccl. lib. 9. c. 4.* Bona hæc Eccleſiaſtica ſunt bona communitatis, & dominium ipſum penes Eccleſiam, ſalvo tamen illibato Dominio Eminenti, quod ſummæ majeſtati competit.

IV. Viſibilis vero Eccleſia Novi Teſtamenti, eſt vel Univerſalis, vel Particularis; Illa, dicitur in Symbolo Conſtantinopolitano UNA, SANCTA, CATHOLICA ET APOSTOLICA quæ per univerſum orbem late diffuſa ac diſperſa (quam credere nos in Symbolo profitemur, nempe ſemper aliquam eſſe & fore)

conſtatur & conſtituitur, ex omnibus illis particularibus, ubicunque illæ ſint gentium, in regnis, provinciis ac familiis. Hæc particularis, eſt certo aliquo loco conſiſtens, ſive in Regno ſive Provincia, ſive urbe, ſive etiam domo ac familia; nam & domeſticæ Eccleſiæ ſit mentio *Rom. 16. v. 3. 1. Corinth. 16. v. 19. Coloſſ. 4. v. 15. Philem. 1. v. 2.* Tali vero tempore quæque domus Eccleſia eſt; Sicut Tertullianus ait *Ubi tres, licet Laici, ibi Eccleſia eſt.* Grot. *in Annot. in Epiſt. ad Rom. 16. p. 332.* Illa univerſalis Eccleſia, eſt prima & immediata domina ſuorum bonorum, & habet dominium univerſale: Particularis vero habet particulare dominium: Exempli gratia; Si tota Eccleſia univerſalis, in aliquo Concilio ſtatuerit, bello defendere & tueri aliquas Eccleſias, per infideles oppreſſas, poſſet vi dominii univerſalis ſingulis eccleſiis præcipere expenſarũ contributionem, etiam per alicujus prædii aut poſſeſſionis alienationem: Similiter poteſt Eccleſia univerſalis corrigere Eccleſias particulares, circa uſum vel abuſum ſuorum bonorum, legeque univerſali eundem uſum moderari. Marc. Anton. d. Dom. *d. R. E. lib. 9. c. 6. n. 11.* Porro dominium hoc ſive particulare particularis Eccleſiæ ſive univerſale univerſalis Eccleſiæ, non eſt abſolutum ſed conditionatum, ut Eccleſia non poſſit bona illa libere alienare & diſtrahere. Eſt quidem juris naturalis poſt introductum dominium, ut homines rerum domini, dominium ut totum aut ex parte transferre poſſint, ineſt enim hoc in ipſa dominii (pleni ſcil.) natura. Itaque Ariſtot. *1. Rhet. 5. Proprietatis definitio eſt, ubi penes nos jus eſt alienandi.* Grot. *d. I. B. lib. 2. c. 6. n. 1.* Marpurg. *Vol. 2. conſ. 24. & conſ. 25. n. 45. vol. 1. conſ. 29. n. 33.* Dominium in actu ſignato (uti loquuntur Methaphyſici) tractat Philoſophus, à quo acceperunt & in actu exercito ſuæ quisque civitatis negotiis & legibus accommodarunt jureconſulti. Bœderus in Hug. Gr. I. B. & P. *lib. 1. c. 1. pag. 156.*

V. A Jurisconſultis dominium vulgo definiri ſolet, eſſe Jus de re corporali ſtatuendi. Dices: Dominium videtur quid prius jure; ideo enim habes jus in re illa ad omnem uſum & diſpoſitionem, quia es ejus dominus; non contra. Ergo dominium non eſt formaliter Jus. Resp. quòd perfecta ratio dominii, non ſit prior jure & poteſtate diſponendi de re, ſed hanc eſſentialiter includat. Ef-

ſe enim

ſe enim dominum, in conceptu ſuo formali, involvit rem illam ſibi habere ſubjectam & adſtrictam, per aliquem actum, v. g. per emtionem & apprehenſionem, ut vi illius ſubjectionis poſſis de ea libere diſponere: Itaque dominium ex parte rei, dicit ſubjectionem rei, quâ domino eſt obſtricta, & dicitur formaliter eſſe res mea, tua, ſua; ex parte domini, non tantum nudam illam habitudinem, quâ dicitur rem habere per emtionem aut traditionem, ſed etiam poteſtatem & jura, quæ ex vi modi illius habendi ſequuntur: Et ita ad objectionem illam facilis eſt reſponſio. Sic etiam dicimus hominem poſſe intelligere, qui habet intellectum, & tamen intellectus eſſentialiter eſt potentia intelligendi. Iſte itaque modus loquendi non probat, rationem dominii eſſe priorem quam ſit ratio juris Leſſ. *d. l. & l. lib. 2. c. 3. dub. 2. n. 11.* Ex ſupradictis liquido patet, dominis regulariter rerum ſuarum alienationem eſſe permiſſam *l. 21. C. Mandati.* §. 40. *J. d. R. D. l. 9. §. hoc quoque ff. d. acquir. r. dom.* Quia & quisque re ſuâ abuti, eamque in mare abjicere poteſt. *arg. l. 55. ff. d. condit. & demonſtr.* Verum illa qualitas moralis cum hoc temperamento eſt accipienda, Niſi quis jure prohibeatur. Sæpe enim illa à facultate eminenti, (quæ ſuperior eſt jure vulgari, utpote communitati competens, in partes & res partium, boni communis cauſa Grot. *d. l. I. B. & P. lib. 1. cap. 1. n. 6. l. 3. c. 20. n. 7. 8.*) limitatur, ita ut ob impedimentum legis, facultas illa non poſſit exire in actum: quæ ex non tollit ipſum dominium, ſed ſaltem actum ſecundum; ſicut qui habet potentiam naturalem videndi, impeditur interdum, ne poſſit ea uti ad videndum; quo impedimento ſublato, ſtatim ſine acceſſione novi auxilii poteſt in actum exire, ſic pupillus prohibetur alienare rem ſuam, uſque ad certum tempus, cum tamen ſit rei dominus, ad *Gal. 4. v. 1.* ibique Grot. *in annot. pag. 532. & d. I. B. l. 2. c. 3. n. 6. l. 2. c. 5. n. 2. 1. c. 3. n. 4.* Leſſ. *d. I. & I. l. 2. c. 3. dub. 2. n. 9.* Senec. *Non eſt argumentum ideo aliquid tuum non eſſe quia vendere non poteſt, quia conſumere, mutare in deterius aut melius non potes. Tuum enim eſt etiam quod ſub certa lege tuum eſt.* Dion. Prufæenſis 1. Rod. *Plurimi ſunt modi quibus quid cujusque eſſe dicitur, & quidem valde inter ſe differentes: interdum ut nec vendere, nec pro arbitrio uti liceat.* Strabo, Grotius. *d. I. B. lib. 2. c. 3. n. 19.* Quia igitur

Digitized by Google

igitur hæc materia eſt nobiliſſima, & extra omnem dubitationis aleam cognitu neceſſaria, decretum mihi eſt, illam Inauguralis Diſſertationis loco pro viribus ingenii mei, quarum imbecillitatem ingenue fateor & ideo erratorum æquiores cenſores mihi promitto, certa aliqua methodo delineare, & publico Eruditorum examini ſubjicere: ſimiliter ut pictores facere ſolent, qui prius lineamenta prima ducunt, & opus informant, poſt veris coloribus utuntur. Idem ego in hâc materiâ ex veris jurium fontibus elaboranda obſervare, & τυποδῶς craſſe & ſimpliciter de dominio differere mihique viam ad ipſam ſeriem tractationis parare volui: Cujus initium faciam 1. A prohibitione alienationis rerum eccleſiaſticarum, ubi ſimul examinabo rationes hujus prohibitionis. 2. Actus qui prohibita alienatione prohibiti cenſentur recenſebo; 3. Explânabo materiam, vel res eccleſiarum, quæ huic prohibitioni ſubjacent. 4. Notabo temperamenta hujus prohibitionis, & cauſas, propter quas licita eſt alienatio rerum Eccleſiaſticarum. 5. Progrediar ad formam alienationis rerum Eccleſiaſticarum. Denique ſubjungam effectus hujus prohibitionis. Tu itaque benigniſſime Deus eſto hujus laboris principium medium atque terminus *N. 109. in pr.* Et rege conatus luce favente meos.

VI. Rerum ſacrarum religioſorum & ſanctarum, ſicuti nullum eſt commercium, ita nec regulariter alienari poſſunt. *l. 6. in pr. l. 34. §. 1. d. Contrab. Emt. l. 73. §. ſacram. l. 137. §. cum quis d. V. O. l. 9. inf. d. R. D. l. 25. §. 3. d. Rel. & ſumt. ſunt. l. 2. c. d. SS. Eccl*, Cart. Mant. *d. tac. & ambig. conv. lib. 4. tit. 5. n. 52.* Et Eccleſiaſtica bona regulariter alienari prohibentur. *l. 14. cum Auth. hoc jus porrectum C. d. SS. Eccleſ. Nov. 7. N. 120.* idem ſtatuit. Concilium Carthaginenſe valde antiquum *Notatio Gregoriana ad c. placuit, 12. q. 2.* & Concilium IV. Carthaginenſe circa Annum Chriſti 400. (cui videtur interfuiſſe Auguſtinus.) Concilium V. Carthag. c. 4. Agathenſe *c. 7.* Huc ſuſpectant hujus Concilii Canones. 22. 26. 49. 53. 54. 59. quos fere omnes Gratianus in ſuum tranſtulit decretum, 12. *q.* 2. Græcorum orientalium antiquæ Synodi de alienatione bonorum idem præſcripſerunt. Collect. Mart. Bracarenſis *c. 14.* Et Epaunenſe Concilium tempore Gelaſii *c. 8. concil.* Aurelian. *III. c. 23.* & Conc. IV. *c. 2.* Toletan. *conc. III. c. 3. 4.* Septima Synodus generalis; quæ fuit Nice-

Nicena Secunda. *c. 12.* Conc. Valent. *c.* 20. 21. Tempore Lotharii, Concilio apud Sylvam; qui *can. in c. 5. X. d. reb. Eccleſ. alienand.* Octava Synodo generali *d. c. 12. q. 2. c. 13. 14. 15. 16.* Marc. Anton. d. Dom. *d. Rep. Eccleſ. lib. 9. c. 6. n. 32. & ſeqq.* Azor. *Inſt. Moral. lib. 9. c. 1. & 2. part. 2.* Schurf. *1. conſ. 48.* Hondedeus *Vol. 2. conſ. 31. 13. 14.* Treutl. *conſ. n. 85. n. 20.* Klock. *tom. 1. conſ. 35. n. 33.* Thom. Merckelb *in Conſ. Klock. tom. 1. conſ. 44.* Riminald. *conſ. 233. n. 35.* Alphonſ. Villag *d. Rep. Eccl. non rit. alien. lib. 1. c. 3.* Ant. Gabr. *lib. 3. tit. 3. tit. d. Rer. alien. concl. 1.* Ludov. Mol. *d. I. & I. tract. 1. diſp. 468.* Aloys. Ricc. *in praxi rer. fori Eccleſiaſt. tit. d. alien. rer. Eccl.* Barboſa *d. offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 95. & de jur. Eccleſ. Univ. lib. 3. c. 30. & in Collectan. Bullarii verb. Alienatio, & in Collectan. ad tit. d. reb. Eccleſ. non alien. in Decretal. & Collect. in l. 14. d. C. SS.* Cart. Mant. *d. tacit. & ambig. conv. lib. 4. tit. 7. & lib. 25. tit. 6.*

VI. Hujus prohibitionis rationes hæ dari poſſunt ne contingat Eccleſias bonis ſpolitas deſeri, cum non ſuppetat unde alantur divino miniſterio addicti, & ut ait *c. Apoſtolicis 12. q. 2.* ne per hoc Eccleſiaſtici reditus lædantur, qui ad Canonicorum utilitatem, & pauperum peregrinorumque ſuſtentationem ſpectare debent. Thom. Merckelb. *in conſ. Klock. tom. 2. conſ. 48. n. 16. 17.* accedit quod Epiſcopi Domini non ſint ſed tantum adminiſtratores. Qui ſibi caveant oportet, ne diſpenſando aut alias temere alienando percdant, Gl. *in fin. c. 19. x. de Elect.* Imo potius ſunt tutorum aut curatorum inſtar, qui res minorum quorum jure gaudet Eccleſia, curæ habent, *c. 1. x. d. in integr. reſtit.* Acroama Autor. M. B. *d. nat. & jur. bon. Eccl. memb. 3. §. 1. p. 348.* Redoan. *in tract. d. Reb. Eccl. non alien. q. 3. n. 32. & ſeq.* Soto *d. I. & I. lib. 7. q. 4. art. 3.* Joh. à Sande *d. probib. rer. alien. cap. 7.* Marc. Anton. de Dom. *d. Reb. Eccl. lib. 9. c. 5. & c. 7. n. 50.* Klock. *tom. 1. conſ. 35. n. 183.* ibi: dann die Herrn alienatorn niemals poſſeſſionem & dominium deß Hauſes und Ampts Hoymersleben gehabt / ſondern iſt daſſelb / ſo wol bey ihrer Lebzeit / als nach ihren tödtlichem Hintritt bey der Kirchen verblieben. Cum Eccleſia ſive fidelium cœtus & congregatio, habeat dominium & poſſeſſionem rerum Eccleſiæ Redoan *d. lib. 2. q. 7. §. 1. n. 29. & n. 38.* Et quamvis moriantur Prælatus & omnes Clerici alicujus Eccleſiæ, tamen proprietas & poſſeſſio remanet penes univerſa-

Digitized by Google

verſalem & particularem Eccleſiam, quæ nunquam moritur, vel penes Chriſtum, qui vivit in æternum. Redoan. *d. l. n. 35.* Homines quippe bona offerentes Eccleſiæ potiſſimum reſpectum habuerunt ad Deum. *c. 16. 12. q. 2. & c. 3. 12. q. 1.* Redoan. *d. l. n.* 39. Et Author. *in delin facti in d. conſ.* Klocken erudite hac de re ita diſſerit: Es erſcheinet auch auß obiger deduction, daß obwol etliche Biſchoffe und Ertz-Biſchoffe in Cathedralibus Eccleſiis jura Imperii, Regalia & ſecularem dignitatem erlanget / auch ſucceſſu temporis ſo hoch geſtiegen / daß die reiche Güter der Kirchen faſt irritamenta malorum & inſtrumenta luxuriæ geworden / auch noch heut zu Tage pomum eridos & materia pertinacis litis ſeyn / dadurch der edle Paradeiß deß Teutſchen Landes nunmehr gäntzlich verwühlet / verödet / und bey nahe zum Steinhauffen gemachet wird: So iſt doch unverneinlich / daß Canonici und Dumherrn ſamt der gantzen Cleriſey in dem geiſtlichen Stand und Hierarchicum ordinem fürnemlich gehören / wie die Profeſſores der Theologiſchen Facultät zu Jena in ihren Conſiliis & deciſionibus Georg. Dedekenni *vol. 1. part. 2. fol 936. & ſeq.* auß der Schrifft der Antiquitæt, der Fundation, ihrem Nahmen / Aemptern / Privilegien, beneficien, obſervantz, und allen ohnverrücktem hehrkommen ſtattlich erwieſen. Seyn ſie nun geiſtliche Perſonen / ſo müſſen ſie auch ihre gewiſſen rein behalten / und im geiſtlichen ſtande ihr Licht der pietät / und Liebe gegen Gott und ſein Wort öffentlich für den Menſchen leuchten laſſen / und als vornehme Seulen und Columnæ Archiepiſcopatus & Conſiliarii Archiepiſcopi, ſo die gröſſeſte laſt der Regierung auff dem Halſe tragen / jederzeit dahin trachten und ſehen / damit die geiſtliche Güter ohne tringende noth und Gefahr / und andere erhebliche / rechtmäſſige und hochbewegende Urſachen / nicht alienirt, noch in fraudem & enorme damnum Eccleſiæ ſubtrahirt, diſmembrirt; zerriſſen / oder ad prophanos uſus applicirt / und in weltliche Güter verwandelt / und der Chriſtl. Käyſer / Könige / Fürſten und HErrn ſo wol als anderer / denen Gottes Ehr und der Kirchen wol angedeyendes Auffnehmen / und wohlfahrigen Zuſtand zu befordern iſt angelegen geweſen / Stifftungen und ſo offtmahln mit erſchrecklichen execrationibus und hohen betheurlichen Worten verfaſſete Teſtamenta,

Digitized by Google

menta, legata, und Vermachniſſen caſſirt / durchlöchert / vernichtet / und dern Nahmen deſpectirt / verunehret / ja alle Göttliche / Käyſerliche / Canoniſche Geiſt- und weltliche Satz- und Verfaſſung ſubvertirt, convellirt, und übern hauffen geworffen werden.

VI. Alienatio ſine dubio dicitur à verbo alienare, & hoc ab alieno, quaſi facere alienum, hinc valet argumentum ab etymologia negative. Ubi non aliquid factum à me alienum, ibi non eſt facta alienatio; Non tamen contra valet affirmative; Res eſt facta aliena, Ergo eſt facta alienatio, ſic res quæ in nullius dominio fuerunt per aliquem modum originarium ad alium perveniunt, Grot, *d. I. B. lib. 2. cap. 3.* & tamen non fit alienatio, quam rectè vocat Grot. *d. J. B. l. 2. c. 6. n. 1.* acquiſitionem derivativam. Hoc certum, quod omnis alienatio in conceptu ſuo formali contineat translationem dominii & contra omnis translatio dominii alienationem *l. 1. C. d. fund. dot. l. 58. ff. d. V. S. Nov. 7. c. 1.* cui convenienter Seneca *lib. 5. de beneſic.* alienationem definit eſſe rei ſuæ jurisque ſui in alium translationem Diſſ. Salmaſ. *in confut. Theſ. Wiſſenb. ad tb. 1. diſp. 1.* cujus argumenta diluit Joſephus Gibalianus *d. uſur. & commerc. lib. 1. c. 2. art. 4.* Major eſt difficultas, An omnis alienatio neceſſario & eſſentialiter ſit perpetua? Salmaſius *de uſur. c. 7. & in diatribus & in diſquiſ. d. mutuo atq; in confut. theſ. Wiſſenb.* acriter contendit omnem alienationem perpetuam eſſe debere. Cardo difficultatis in eo reſidet. An dominium plenum transferri poſſit ad tempus? Ajentem ſententiam rectè tuetur Gibalinus *d. uſur. & commerc. lib. 1. c. 2. art. 6. n. 5.* Rerum enim moralium natura ex operationibus cognoſcitur, quare quæ facultates eosdem effectus habent, eodem nomine nuncupandæ ſunt: Poteſt itaque quis habere plenum dominium ad tempus. Nec duratio naturam rei immutat Grot. *d. I. B. l. 1. c. 3. n. 11.* Quamvis vero proprie dicatur alienatio, quando dominium eſt translatum, latius tamen accepto vocabulo, alienare eſt non tantum proprietatem rei in aliquem transferre, *l. fin. C. d. fund. dot* verum etiam poſſeſſionem *l. 4. §. 2. ff. d. alien. jud. mut.* Alexand. *Vol. 5. conſ. 98.* Et jus alicui in re conſtituere, veluti ſervitutem, Emphyteuſin, pignus *l. fin. C. d. reb. alien. non al.* Wiſſenb. *diſp. 25. ad reg. jur. in l. 165.* Redoan. *d. reb. Eccleſ. non alien. lib. 1. q. 15. n. 15. 16.* Klock, *tom. 1. conſ. 35. n.* 181. 182. 183. 209. 210. 211. 214.

215.

215. Bonacin. *var. tract. diſp. 1. d. alien. bon. Eccleſ. punct. 1.* Auguſt. Barboſa *in Collectan. ad cap. 5. x. d. reb. Eccleſ. non al. n. 9. & in tract. d. appellat. verb. utriusque jur. ſignif. appell. 14.* Acroama Aut. M. B. *d. nat. & jur. bon. Eccl. memb. 3. §. 1. p. 341.*

VII. Unde imprimis alienationis prohibitæ appellatione venit venditio, adeo ut lex XII. tab. emtionis & venditionis verbo omnem alienationem complexa videatur *l. 29. §. 1. verſ. Labeo ff. d. Statu lib. l. 4. C. d. fideicomm.* Valaſc. *conſ. 77. & 83.* Barboſ. *in l. 1 ff. ſolut. matrim. p. 3. n. 57.* Secundo, verbo prohibitæ alienationis hic etiam venit omnis actus, ex quo ſequi poteſt alienatio: Quamvis itaque oppignoratio proprie alienatio non ſit, cum res jure proprietatis maneat in dominio debitoris, attamen cum à pignore ad alienationem facilis ſit tranſitus, quia ceſſante debitore ſolvere, ad rei oppignoratæ diſtractionem proceditur *l. 4. ff. & C. d. diſtr. pign. & l. 1. C. d. jur. dom. impetr.* Hinc prohibitâ alienatione, etiam prohibetur oppignoratio, vel hypothecæ conſtitutio. *l. fin. C. d. rep. alien.* Johann à Sande *de prohib. rer. alien. cap. 1. n. 49.* Cephal. *Conſ. 296. n. 39 inf. & ſeqq. Vol. 2.* Roſenth. *d. Feud. c. 9. concluſ. 14. n. 17.* Petra *d. fideicom. q. 8. n. 106.* Joh. Baptiſt. *d. fall. ſcient. & ignor. lib. 2. diſtinct. 94. n. 4.* Redoan. *d. tract. l. 1. q. 2. c. 6. n. 3. 7. Mol. de I. & I. tract. 2. diſp. 466. n. 2.* Barboſ. *in collect. ad cap. 5. x. d. reb. Eccleſ. alien. n. 5. 6.* Klock. *tom. 1. conſ. 35. n. 209. & ſeqq. & 217.* ubi tradit, quod hypotheca cum traditione contracta pro tanto pretio, in quo non eſt ſpes luitionis, habeatur pro alienatione, vid. Auguſt. Barboſ. *d. jur. Eccl. univerſ. lib. 3. cap. 30. n. 29.* Tertio transactio eſt etiam ſpecies alienationis, continet enim juris remiſſio alienationem. Riminal. *conſ. 129. n. 3. lib. 5.* Rebuff. *d. alien. rer. Eccleſ. n. 66.* Steph. Gratian. *diſcept. for. tom. 3. c. 476. n. 16. cum ſeqq. & tom. 5. cap. 486 n. 8. & n. 13.* qui plures allegat deciſiones Rotales. Aug. Barboſ. *d. I. Eccleſ. univ. lib. 3. c. 30. n. 40. in collect. ad c. 5. x de reb. Eccl. alien. n. 13.* Cravetta *conſ. 197. n. 7.* Dan. Muller *lib. 4. ſemeſtr. c. 1. n. 9.* Redoan. *d. reb. Eccl. non al. ſub rubr. de ſignif. verbi alienatio. n. 12.* Joſeph à Seſſe Aragonicæ *deciſ. 121. n. 12.* Roſâ Valle *lib. 1. conſ. 15. n. 43.* Ruini *lib. 9. conſ. 129. n. 2.* Thom. Merckelb. *in conſ. Klock. tom. 1. c. 2. n. 112. & ſeqq.* Sic etiam non aliter tutores de re pupillorum & adoleſcentem recte tranſigunt,

quam

quam ſi jus illorum obſcurum & dubium ſit, nec probationes appetant. per *l. 35. d. jurejur.* aut ſi forte alias nihil ſint conſecuturi, decidendi inquam non denunciandi cauſa *l. 46 §. ult. ff. d. adm. tut.* Itaque recte Gailius *lib. 2. obſ. 72.* tunc demum ait valere transactionem tutoris, quando, & de juſtitia pupillorum plurimum dubitatur, aut cum forte ſumtus in exigendo & lite perſequenda faciendi exceſſuri ſunt ipſius debiti quantitatem; in dubio enim litis exitu, præſtat partem accipere quam periculum amittendi totius ſubire, & ſatius eſt accepto aliquo à lite diſcedere, quam majores toto, quod vix conſequi poſſis, impenſas facere. Illud pro explorato habendum, ſi res pupilli aut adulti immobilis, aut quæ mobilis ex earum numero quæ *in l. 22. C. d. adm. tutor.* per tutoris aut curatoris transactionem in adverſarium ſit transferenda, eo caſu etiam judicis decretum eſſe interponendum *d. l. 22. §. 4. d. præd. & al. reb. minor.* Arn. Vinn. *tract. d. transact. cap. 3. n. 7.* Joh. à Sande *d. Probib. rer. alien. c. 1. §. . n. 27. 28.* Si vero ita tranſigatur, ut pupillus vel minor datâ pecuniâ rem controverſam retineat, hujusmodi transactio valet ſine decreto. Guitjer. *in tract. d. tut. & cura part. 2. c. 5. n. 15. & c. . n. 18. & c. 7. n. 13. 14.* Joach. Mynſig. *reſp. 92. n. 36. 37.* Gail. *lib. 2. obſ. 72.* Similiter ſi minor vel Eccleſia fundum non poſſideat, ſed de dominio fundi litem moverit poſſeſſori, transactio à Prælato fieri poterit. Rol. à Valle *vol. 1. conſ. 15. n. 42. & ſeqq.* quæ ſententia aliis Doctoribus non diſplicet, quos refert Merckelbach *in conſil. Klocken. conſ. 11. n. 102.* Paul. Chriſtin. *ad LL. Mechbin. tit. 12. art. 17. n. 7. verſ. Quinto.* Joh. à Sande *d. cap. 1. n. 28.* Quamvis multi contrarium ſtatuunt, quos recenſet Merckelbach *d. conſ. 11. n. 75.* Barboſ. *d. I. Eccleſ. univ. lib. 3. c. 30. n. 40. inf.* Transactioni compromiſſum aſſimilatur Menoch. *d. A. I. Q. conſ. 17. n. 40. & ſeqq.* Alex. Trentacinq. *lib. 2. var. reſol. tit. d. judic. reſol. 6.* Joh. à Sande *. pret. rer. alien. d. c. 1. n. 29.* Merckelbach. *in conſ. Klock. tom. 1. conſ. 11. n. 115. 116.* Stephan. Grat. *diſcept. for. cap. 379. n. 10.* Barboſ. *in collect. ad c. 5. x. d. arbitr. n. 2.*

VIII. *Quartò*; Alienationis appellatione venit permutatio, de cujus natura differit Grot. *d. J. B. lib. 2. c. 12. n. 3.* quia per hanc dominium transfertur, *l. 19. §. 5. verſ. Sed ſi. ff. d. Ædil. edict. l. 2. C.*

286

d. rer. perm. l. ſ. ff. Quib. ex cauſ. in poſſ. Redoan. *d. Spol. Eccleſ. q. 1 c. 20.* Rebuff. *in compend. alien. n. 66.* Card. Mantica *d. tac. & amb. conv. lib. 25. tit. 6. n. 22.* Jure antiquo Epiſcopus poteſt terras duarum Eccleſiarum ſuæ diœceſis invicem ambarum partium accedente conſenſu permutare. *cap. 1. x. d. reb. Eccl. alien. vel non;* ibique Barboſ. *in collect. d. jur. Eccl. univ. lib. 3. c. 30. n. 38. & d. offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 95. n. 55. & ſeqq.* Et ſi alterius prædium valore præponderet, pecunià alterius partis compenſare *cap. 6. x. de rer. permut.* Didac. Covarr. *lib. 1. var. reſol. c. 5. n. 9.* Barb. *in collect. ad d. c. 6. n. 3.* Permiſſum quoque eſt Principi, rem ſuam majorem vel æqualem cum re Eccleſiæ permutare, ſi rationabilis cauſa id expoſcat, *C. ſi Princeps. x. d. rer. permut.* quia hoc in caſu eſt evidens utilitas ſine damno Eccleſiæ gratiam principis promereri. Objici poteſt: text. in *c. 56. 1. 12.* Reſp. quod ille textus procedat in ſubtractione & alienatione fructuum & redituum Eccleſiaſticorum, neglecta diviſione antiquitus præſcripta *in cap. quatuor & cap. reditus, & in cap. cognovimus 12. q. 2.* quo tempore beneficia nondum erant erecta, ut ſenſus ſit, ſi quis qualibet conditione, hoc eſt, in quamlibet cauſam & uſum, de rebus Eccleſiæ, i. e. aliquos fructus & reditus provenientes ex rebus Eccleſiæ, alienare præſumſerit, i. e. inique diſtraxerit, neglectà prædictà diviſione; quia verbum præſumſerit, in malam partem fere ſemper accipitur. *c. 12. 11. q. 3. & in cap. prædia 12. q. 2.* Si de ſuo proprio tantundem Eccleſiæ contulerit, quantum viſus abſtuliſſe, tunc demum illud præſtare licebit, plane verba illa, *tantum quantum abſtuliſſe*, manifeſte indicant, textum agere de quantitate redituum cuique ſubtracta, maxime ſi expendas, concil. *ſub eodem cap.* prohibuiſſe ſub variis pœnis alienationem aliarum rerum Eccleſiaſticarum. Barb. *in collect. ad d. c. 1. n. 3. d. rer. permut.*

IX. Non intempeſtive hic quæritur. Si permutatio rerum Eccleſiæ ſit facta ſine ſolennitate à jure requiſita, & melior ſit ejus conditio an tum valeat? Pro negante ſententia hæ rationes afferri poſſunt; quarum prima eſt, quod deficiat hic forma à jure præſcripta, quà non obſervatà actus eſt nullus, implicat enim contradictionem, actum valere ſine forma eſſentiali, quia

tunc

unc idem actus valeret, & ſimul non valeret. Valeat ex hy-
othesi, non valeret, quia forma rei deeſt, impoſſibile vero eſt
lem ſimul eſſe & non eſſe Ariſt. *lib. 11. Meth. cap. 4. & lib. 4. t. 27.*
ecunda peti poteſt ex *cap. ſine exceptione in pr. 12. q. 2. cap. tua
uper, cap. cum Apoſtolica verſ. e contrario x. d. eis quæ fraud. a Præ-
it.* Ex quibus evidenter colligitur, quod permutatio ſive alie-
atio fieri non poſſit, licet utilis ſit futura Eccleſiæ, niſi ſolen-
itas a jure tradita obſervata fuerit; idem probatur *cap. 1. d. reb.
ecleſ. non al. in 6. clem. d. t.* quam ſententiam amplectuntur Curt.
un. *d. Feud. part. 2. cap. 3. q. 1. pr. n. 13.* Rol. a Valle *lib. 2. conſ. 52. n.
2.* Ajentem vero ſententiam tuentur Anth. Gabriel *d. rer. a-
en. concluſ. 1. n. 1. in pr.* Tiraq. *in tract. d. leg connub. lib. 6. n. 56, 92.
& ſeqq.* Card. Mant. *d. tac. & amb. conv. lib. 25. tit. 6. n. 38. & ſeqq.*
Quam veriorem eſſe arbitror. Cum enim prohibitio alienatio-
is ſit facta favore Eccleſiarum, non debet illa duriori interpre-
tione & acceptione in illarum læſionem retorqueri: Et ſi res
inorum ſine decreto judicis & cauſæ cognitione alienari poſ-
int, ſi illa alienatio & permutatio ſit utilis, Card. Mant. *d. tac.
& ambig. convent. lib. 25. tit. 3. n. 19. 20.* quidni etiam res Eccleſiæ?
lec obſtant contraria argumenta, ad quæ facili negotio reſpon-
eri poteſt. Illa enim forma non eſt introducta primario & prin-
paliter ob publicum bonum, ſed privatum commodum; Et
t concors Dd. opinio, quod actus celebratus abſque forma, quæ
ſt præſcripta in favorem alicujus, tunc ſit nullus, ſi ipſe velit,
uia ſuadente naturali æquitate poteſt is, cujus favore eſt intro-
ucta illa forma, renunciare favori ſuo. *l. 17. ff. d. injuſt. rupt. &
r. teſt.* Ruin. *lib. 5. conſ. 46. n. 10.* & *conſ. 89. n. 13. verſ. ſecundo re-
ondetur.* Nec dici poteſt hoc in caſu nullus actus, quando
lenti & rationi legis eſt ſatisfactum. Et commemorat Card.
lant. *d. tac. & amb. conv. lib. 25. tit. 6. n. 42.* ita deciſum in Rota
e 4. Dec. 1592. Deinde dici poteſt, quod ſi forma ſit intro-
ucta ad certum effectum, de modo non ita anxie ſolliciti eſſe
ebeamus, ſi ille effectus ſequatur. Uti dictum in Rota 11. Oct.
576. ut tradit Mantic. *d. tit. 6. n. 43.* Et in terminis ita reſpon-
it Alc. *in cauſ. 20. n. 7. lib. 1.* qui ſubjungit hanc formam fuiſſe in-
oductam pro majori utilitate Eccleſiarum, & ideo, ſi illa adſit,
B 3 ulte-

Digitized by Google

ulterius non eſſe quærendum de apicibus juris, dummodo Eccleſia meliorem ſuam faciat conditionem. *arg. l. 8. §. 19. ff. d. tranſact.* Si quis vero inſtet, hanc formam in alienandis rebus Eccleſiaſticis ob favorem publicum eſſe præſcriptum, indeque privatorum pactis labefactari & infringi non poſſe, *l. 38. ff. de pactis.* & Reipublicæ intereſſe bona Eccleſiarum & ad Eccleſias pertinentia conſervari, ut cultui divino inſervire poſſint, quod eſt non privati ſed publici juris. *l. 1. §. 1. ff. d. I. & I.* Huic objectioni reſpondemus, Reipublicæ quidem intereſſe bona Eccleſiarum conſervari, exinde tamen hoc conſectarium elici non poſſe; horum bonorum conſervationem primario & immediate concernere publicam imperii ſalutem, quia primario inſerviunt illa bona Clericorum ſuſtentationi & uſibus, ſic etiam reipublicæ intereſt, dotes mulieribus conſervari *l. 1. ff. ſol. matrim.* item; ne privati fortunis ſuis abutendo publico noceant *§. 1. I. d. h. q. ſ. v. a. i. s.* quæ tamen utilitas non primario & immediate, ſed ſecundario & mediate Rempublicam ejusque publicam ſalutem pro fine habet: Imo omnes LL. poſitivæ pro fine publicum bonum habent; Verum aliæ immediate & proxime, aliæ vero ſecundario & mediate. Nec huic refragatur *l. 1. §. 1. ff. d. I. & I.* Quia ibi Ulpianus non agit de bonis Eccleſiaſticis, ſed ait jus publicum in Sacris, ſacerdotibus & magiſtratibus conſiſtere. Denique ſi concedamus ſolennitatem in alienandis bonis Eccleſiaſticis eſſe introductam, propter publicum bonum ex hypotheſi tamen quod illa permutatio ſit utilis Eccleſiæ, publica utilitas, quæ ſuo ſenſu eſt finis & ſcopus omnium legum, minime læditur; Nec is, qui cum Eccleſia contraxit, poteſt excipere, quod alienatio ſ. permutatio ſit nulla; Et ita deciſum notat Card. Mantic. *d. t. 6. n. 48. 49.* Et omnes admittunt, quod Eccleſia ex defectu ſolennitatum contractum impugnare, ſi tamen ille Eccleſiæ utilis ſit, ratum habere poſſit, quæ ratihabitio nil aliud eſt, quam novum actum celebrare, & requiritur ad eam eadem forma & ſolennitas, quæ in actu principali Crav. *conſ. 871. n. 13.* uti dictum apud illuſtr. Dom. Card. *Plan. Tunc. ſacri Palat. Apoſt. Aud. in Cottonem bonorum die 28. Martii An. 1588.* notat Card. Mant. *d. t. 6. n. 51.*

X.

X. *Quintò* donatio ſi proprie accipiatur pro ipſa datione, quando ſc. liberalitatis exercendæ cauſa, aliquid alicui tradimus & actu rem in accipientem transferimus, ut ſimul cauſam tradendi & traditionem ipſam includat, eſt modus acquirendi dominii *l. 1. ff. d. donat. l. 35. §. 1. d. mort. cauſ. don. l. 23. d. don. int. vir. & ux.* (Plerique magno molimine magnus nugas hic agunt) Et ſub prohibitione alienationis comprehenditur: Et quidem usque adeo rerum pupilli & minoris donatio nihil valet, ut ne quidem cum decreto fieri poſſit *l. ult. §. cum autem C. ſi major. factus* Hæ res enim ex ſola juſta cauſa alienantur, quæ nulla poteſt eſſe in donatione, *l. 16. C. d. admin. tut.* nam donare eſt perdere *l. 7. pr. ff. d. don.* Joh. a Sande *d. Prob. rer. al. d. c. 1. n. 21.* Prælatus itaque de rebus Eccleſiæ in detrimentum Eccleſiæ donare non poteſt, ſed donatio facta non valet. *cap. 2. x. d. don.* ibique Panormit. Andr. B. Imola. Quarum enim rerum venditio prohibetur, illarum multo magis donatio. Atqui rerum Eccleſiaſticarum venditio prohibetur; Ergo multo magis illarum donatio Redoan. *lib. 1. q. 2. c. 19. n. 1 3. 4. 6.* Nec capitulum ſede vacante poteſt alienare bona Eccleſiaſtica, nec aliquid innovare, nec mutare ſtatum, Cardin. Thuſc. *lit. C. concl. 56. n. 3.* Sicut nec ſede vacante de iis diſponere poteſt, quæ ſunt Eccleſiæ; niſi ſubſit neceſſitas vel periculum Thuſc. *d. concl. 56. n. 41.* Klock. *tom. 1. conſil. 35. n. 112.*

XI. Verum quod diximus de prohibita donatione, cum hoc temperamento eſt accipiendum, ut Prælatus quamvis juraverit ſe non velle alienare res Eccleſiæ, poſſit eas titulo donationis transferre in Capitulum aut Capitulares. Redoan. *tract. d. reb. Eccl. non al. lib. 1. q. 51. c. 10. n. 10. q. 52. c. 39. n. 120. 127. & q. 55. n. 18.* Wiſenb. *Vol. 5. conſ. 21. n. 8.* Cum & Vaſallus feudum alienari prohibitum, in agnatos feudales absque conſenſu Domini licite refutare poſſit, maxime ſi refutatio fiat in Agnatum proximum & immediate ſuccedentem *2. F. 38.* Minſing. *cent. 6. obſ. 23.* Hottom. *lib. 1. conſ. 31.* Card. Mant. *d. tac. & amb. conv. lib. 23. tit. 38. n. 64.* Roſenth. *d. Feudis cap. 9. conclus. 50. n. 1.* Sicuti verò illis, quibus in Feudo jus quæſitum non eſt non poteſt feudum refutari, Hottom. *d. conſ. 31. n. 5. & ſeqq.* Roſenth. *d. c. 5. concl. 52. n. 21.* Card. Mantic. *d. tacit. & ambig. convent. lib. 23. tit. 38. n. 64.* Ita nec Prælati,

lati, Canonici & Clerici bona Eccleſiæ conferre & donare poſſunt ſuis conſanguineis, utpote qui nullum jus quaſitum in illis bonis habent, Klock. *d. conſ. 35. n. 126.* Et idem *n.* 150. deducit, quod Prælati & Clerici poſſint dare propinquis & cognatis ſuis, ſi ſint pauperes & indigentes, imo illos aliis pauperibus præferre, ſed non præter neceſſaria victus & veſtitus ne filiorum panem canes comedant *c. 16. q. 1. c. quisquis 12. q. 2. non ſatis q. 26.* Redoan. *d. q. 52. num. 104. & ſeqq.* qui ex Johan. Andrea *in Addit ad ſpecul. tit. d. reb. Eccleſ. non alien. in rubr.* refert, male ſuccedere his, qui ſanctam Dei domum ad talia trahunt: Et hoc maximè (inquit) facere nobiles, ut reditus domus ſuæ, per domum Dei augeant; non enim verentur fructus Epiſcopatus & aliorum beneficiorum miſcere cum patrimonialibus; quare omnia ſic conjuncta corruunt, ut vulgo intueri licet. Hæc ille. Occurrit hoc dubium: Annon donatio remuneratoria rerum Eccleſiaſticarum valeat? Arbitrantur quidem nonnulli, quod illi, qui donare prohibentur, ex cauſa tamen remunerationis hoc facere poſſint, ut in Tutore, Curatore, Prælato, Decurione, Civitate, Procuratore, & aliis exemplis probare conantur. Tiraquell. *in l. ſi unquam in verb. donatione largitus a n. 26. uſque ad n. 32. C. d. revoc. donat.* Steph. Gratian. *tom. 2 diſcept. for. c. 202. n. 3.* Cum tales donationes non ſint purè & propriè donationes, ſed habeant admixtum titulum oneroſum, & æquiparentur compenſationi. Gratian. *d. l. n. 2.* Card. Mant. *d. tac. & amb. conv. lib. 13. tit. 15. n. 17. 18. 19.* Natt. *conſ. 600. n. 9.* Indeque illæ donationes remuneratoriæ inſinuatione non indigent, modo inſtrumento donationis conceptis verbis, cauſa, obſequium, meritum & officium apponantur, propter quod talis donatio fit, *l. 27. ff. de don.* ibi *quoniam & cum Patre meo ſemper fuiſti, & me eloquentia & diligentia tua meliorem reddidiſti, &c.* Mantic. *d. t. 15. n. 39. & ſeqq.* Et quod donatio ex cauſa remunerationis de bonis Eccleſiæ facta licita ſit, ejus argumentum præbet. *cap. liberti Eccleſiæ inf. 12. q. 2. ibi pro remuneratione impenſi obſequii res Eccleſia utiliter poſſunt donari. c. quicunque ead. cauſ. & q. cap. Eccleſiaſticis 12. q. 2. c. poſſeſſiones. 16. q. 1. c. Clerici. 16. q. 3.* Redoan. *lib. 1. q. 51. c. 21. n. 1. 3. 12. 19. & ſeqq.* Pinell. *in l. 2. C. de reſc. vend. p. 3. c. 2. n. 17.* Menoch. *conſ. 191, n. 32. & conſ. 39. n. 3. & 50.* Jaſon. *in l. ex* [illegible]

am do-

Digitized by Google

*jure.n.6.ff.d.l.& l.& conſ.*10.*n.*18.*vol.3.* Klock. *tom.*1. *conſ.35.n.195.* *& ſeqq.* Barb. *in Collect.ad c.5.X. de donat.* Licet nec remuneratoriam donationem rerum pupilli & minoris valere tradant Dd. relati à Joh. *in tract.d.tut. & cur.part.2.c.5.n.58.* Alex. Trentac. *lib.2.var. reſol. tit. d. minor.reſ.5.n.18.* Joh. a Sande *d. prob.rer. alien. d. c.1. n.22.* Clerici itaque de reditibus Eccleſiæ poſſunt donare illos fructus, quos actu perceperunt & acquiſiverunt. Redoan. *d. lib. 1. q.53. cap.3.n.1.& ſeqq.* Sunt enim domini fructuum ex beneficio præceptorum. Redoan. *d.l.n.10.* & *lib. 2.d. ſpol. Eccleſ. q. 7. n.9.* Didac. Covarr. *in C. cum in officiis d.Teſtam.verſ. tertio.* Et hodie ex totius Chriſtiani orbis conſuetudine, Clerici ſibi acquirunt fructus Eccleſiæ. Redoan. *d. lib.1.q.53.n.3.& lib. 2.q. 6.n.7. 10.& ſeq.& lib.2.q.9.n.46.* ubi in fine ait, hanc ſententiam benigniorem eſſe, & noſtris temporibus admittendam, cum non ſolum uſuariis, ſed & uſufructuariis æquiparentur, *C. Epiſcopus 10. q.2.c.ult.12.q.2.* Joan del Caſtillo *tract.d.uſufruct.c.5.n. 8.9.10.* De bonis verò immobilibus Eccleſiæ, Prælati nihil aliis donare poſſunt, niſi quis tantundem contulerit de ſuis, Eccleſiæ, quantum ipſe aliis donavit. *c.injuſtum inf.12. q.2.c. Epiſcopi. 12. q. 2.* Redoan. *d.l.1.q.2.n.10.& q.54.n.29.& 43.lib.247.§.occurrit ſæpe.* Klock. *tom. 1.conſ.35.n.176.* Hoc certum, quod Prælatus de rebus Eccleſiæ modicam poſſit facere donationem, ſi conſuetudo loci hoc concedat. *c. terrulas.12.q.2.* Redoan. *lib.1.q.13.n.8.q.10.17.& q.55.n.10. 13.14.39.* Klock. *tom.1. conſ.35.n. 177.178.* Olrad. *conſ.226.n.6.* Tiraquel. *in tract. d. judic.in reb. exig.verſ.24.* Barb. *in Collect. ad c.3.x. d. donat.*

XII. Sexto. Prohibitâ alienatione etiam conceſſio Emphyteuſis prohibetur Aloyſ. Ricc. *Cur. Archiep. Neapol. Deciſ. 32. n. 1.* Vigolin. *d.poteſt.Epiſc.c.14.§.4.n.2.* Card. Mant. *d.tac.& amb.conv. lib.22.tit.7.n.1.2.* Auguſt. Barb. *in Collect.ad c.5.n.17.x.d.reb.Eccl. alien. & d.I. Eccl. lib.3.c.30.n.19.20.* In terminis eleganter hoc deducit Merckelbach *in conſ. Klock. tom. 2. conſ. 48.* in caſu quo Commendatarius. & fratres ordinis, Domus ſeu Commendæ Neoburgenſis quondam, nempe circa annum 1378. decimas ejuſdem ordinis, in pago Augheim, Præpoſito & Capitulo Monaſterienſi ſub conſtitutâ annata penſione ſeu canone transferendo utile do-

C minium

Digitized by Google

minium in Emphyteuſin conceſſerunt. Per contractum enim Emphyteuticum, poſt traditionem prædii, jus reale ſeu utile dominium ad Emphyteutam tranſit. Valaſc. *d. l. Emphit. q. 13. n. 1.* qui non ſolum poſſidendi & fruendi, ſed etiam alienandi poteſtatem habet, & vendendi quidem cui velit, oblata prius domino emendi prærogativa, alioqui jure ſuo cadit. *l. 3. §. ſed ne hâc C. d. l. Emphyt.* Donandi vero, vel cum alio permutandi facultatem habet, etiam dominio irrequiſito; tenetur tamen domino ſignificare, donare ſe aut permutare velle, quo Dominus novum Emphyteutam, accepto laudemio (quod ordinarie eſt pars quinquageſima pretii fundi) in poſſeſſionem admittat. juxta *d. l. 3. inf.* & ibi Jaſon. Sichard. *n. 19. & ſeqq.* Vid. Vinnium prolixius hæc excutientem *lib. 2. ſelect. q. 2.* Hinc jus Emphyteuticum jus perpetuarium appellatur, *l. 1. C. d. off. Com. Sac. Pal.* Emphyteutæ perpetui conductores *l. 1. & 3. C. d. locat. præd. civ.* Quanquam hoc jus ad tempus etiam conſtitui poſſit, dum ne id modicum ſit *l. ult. ff. ſi ag. vect. l. 1. §. 3. d. ſuperfic.* Cum igitur conceſſio Emphyteuſis eſt prohibita, multo magis contractus cenſualis prohibitus, quia per hanc conventionem transfertur plenum dominium & omnis poſſeſſio, ita, ut nihil juris penes concedentem remaneat, ſed duntaxat penſio quædam ei ſolvatur, non in ſignum recognitionis dominii, ut fit in Emphyteuſi, ſed in memoriam priſtini Domini, quod videlicet illa res aliquando fuerit in pleno dominio concedentis, Valaſc. *d. jur. Emphyt. cap. 32. n. 27.* Joh. Wames, *conſ. 335. n. 3.* Barb. *in collect. ad c. 6. d. relig. dom. n. 9. 10.* Card. Mant. *d. tac. & amb. conv. lib. 22. tit. 3. n. 9.* Coler. *vol. 1. conſ. 5. n. 15.* Abb. *in c. conſtitutus n. 20. d. relig. dom.* docet contrahentes cautos eſſe oportere in conceſſionibus, nec ad cenſum, ſed in Emphyteuſin ſcribi faciant, quia ſi eſt cenſualis contractus, licet per mille annos à ſolutione cenſus ceſſaverit, nunquam intelligitur jure ſuo cecidiſſe, Didac. Covarr. *var. reſol. lib. 3. c. 7. n. 1. verſ. ex hoc differentia.* diverſum in Emphyteuſi. *c. potuit x. d. loc. & conduct. l. 2. C. d. jur. Emphyt.* Mynſing. *cent. 3. obſ. 65.* Carpz. *R. E. p. 2. c. 39. d. 1. 2. 3.* Richt. *p. 2. dec. 48.* Struv. *Synt. j. Feud. cap. 2. th. 10.* Quodſi non appareat an ſi contractus cenſuarius, an Emphyteuticus, magis præſumitur cenſuarius, & ideo non ſolvendo jure

ſuo

Digitized by Google

) non privatur, ut ex facto reſpondit Alber. de Roſa quod re-
t *in. l. 2. n. 13. verſ. quid. de quæſtione a med. jur. Emphyt.* Cravett.
nſ. 112. n. 8. conſ. 131. n. 11. Et ita in Sacro Auditorio deciſum a-
id Caſcan. *deciſ. 24. Apoſt. Auditor. in Romana Toretti. die 8. Mar-
anno* 1591. notat. Card. Mant. *d. tit. 3. n. 11.* Marp. *vol. 4. conſ. 11. n. 14.*
uamvis multi; ſi controverſia ſi de re conceſſa ab Eccleſia, cen-
alisne contractus ſit, an emphyteuticus? ſtatuant emphyteu-
:um potius contractum eſſe præſumendum, quam cenſualem,
alaſc. *d. l. Emph. q. 32. n. 35.* & plures relati apud Fachin. *vol. 1.
nſ. 30. n. 12.* Steph. Gratian. *diſcept. for. 556. n. 10.* ita ut non imme-
:o quæ ſit receptior ſententia quis dubitet. vid. Marp. *d. conſ. 11.
15.* Frantz. *in tract. d. Laudemiis c. 10. n. 82. 83. 84.* Sed quid dicen-
m de contractu libellario? Jure civili eſt venditio, quæ ſit
:ripturâ interveniente, certo pretio, & hoc amplius certâ in
nos ſingulos penſione conſtituta; hàc plerumque lege ut ſtato
ndictoque tempore, rurſus numerato certo vel arbitrario pre-
o renovetur, uti definivit Cujac. *in Comm. ad lib. 1. Feud. tit. 2.
ult. d. feud. lib. 1. c. 10. n. 49. & c. 12. n. 9.* Borch. *d. feud. c. 3. n. 45.*
rantzkio verò *tract. d. Laudem. c. 11. n. 5. & ſeqq.* potius mi...
ontractus ex emtione & venditione & locatione conductione
onflatus, cum Petro Gregor. *lib. 6. Syntagm. c. 1. n. 11.* & Rittersh.
b. 1. feud. 2. q. 7. & proinde emphyteuſi admodum ſimilis videtu,
ım ratione renovationis, quod ex illo laudemium ſit præſtan-
um; *Nov. Leon.* 13. (quam de hoc contractu loqui arbitratur
Cujac.) tum ratione penſionis annuæ, quæ in dominii recogni-
ionem modica, & plerumque paucorum aſſium ſeu libellarum
eſſe ſolet: Differt ab emphyteuſi, cum quia ab initio pretium in-
ervenit, in quo ſimilis eſt venditioni, tum quod renovetur ſta-
is temporibus, etiam non mutato poſſeſſore. *d. Nov. Leon. 13.* Ju-
e Feudali uti tradit Frantzk. *d. c.* 11. *n.* 13. magis videtur ſignifi-
:are ipſam emphyteuſin, ſeu conventionem de re data in per-
ɔetuum, ſub annua paucorum denariorum penſione. *2. F. 9. §. 2.*
quia in emphyteuſi plerumque ſit modica penſio; Et Longo-
ɔardi communem Dd. traditionem ſecuti, emphyteuſin nonniſi
nterveniente ſcripturâ fieri poſſe exiſtimaverunt, à quo eſſentia-
i requiſito, emphyteuſin libellum, & rem in libellum (pro eo

quod alias in emphyteuſin) dari dicere ſolemus, compendio quodam dixerunt: Hinc paſſim per libellum alienare, *2. F. 44.* libellum facere *2. F. 39. §. 1.* pro libello tenere legitur, *2. F. 44.* vid *cap. unic. §. 1. qualiter olim potui feud. alien. 2. F. 9. cap. 1. §. 1. d. prob. feud. alien. per Lothar. & Frider. 2. F. 52. & 2. F. 55.* Struv. *Synt. I. feud. cap. 2. th. 10. n. 4.* Similia ſunt emphyteuſi bona quæ quis jure precariæ, vel prearidrum tenet. Eſt vero precaria ſeu precariæ, uſusfructus quadam Aug. Barb. *in collect. ad c. 2. x d. precar. n. 4.* ad preces illius, qui eccleſiæ rem ſuam donavit, vel in aliis rebus Eccleſiæ, ſive immobilibus, conceſſus, de quinquennio in quinquennium renovandus. Aug. Barb. *ad tit. X. d. precar. n. 6. 7. & d. I. Eccleſiaſt. lib. 3. c. 30. n. 27. 28.* Frantzk. *d. c. 12. n. 11.* Chriſtoph. Bluembach. *d. Jure Emphyt. Vital. & Jure Precaria q. 14. n. 6. 7. & q. 16.* Poſtea vero vox precariæ eſt extenſa, ut ea omnis conceſſio uſusfructus rerum Eccleſiæ ad certum tempus ſignificetur. Struv. *Synt. I feud. c. 2. th. 10. n. 5.* Et ſic hic actus etiam prohibitioni alienationis ſubjacet. Barb. *d. I. Eccl. lib. 3. c. 39. n. 27.*

XIII. Idem dicendum de locatione ad longum tempus ſeu in perpetuum *c. 6. X. d. reb. Eccl. non alien.* Tiraq. *d. retract. leg. §. 1. gl. 14. n. 15. & d. I. Emphyt. c. 4. n. 42. & c. 5. n. 42.* Card. Mant. *d. tac. & amb. conv. lib. 5. tit. 4. n. 6. & ſeqq.* Carpz. *Jurispr. Conſ. lib. 2. tit. 19. d. 304.* Licet enim per locationem rei dominium non transferatur, quia tamen uſus & fructus rei locatæ & res ipſa ad utendum ſaltem transferatur, nemo inficias ibit, non obſtante *l. 39. ff. locati* hoc ſenſu non inepte voculâ alienationis in latiſſimâ ſignificatione accepta, etiam locationem comprehendi. Hartm. Piſt. *part. 1. q. 31. n. 24. vers ubi magis generaliter*, quod tamen alii ad ſolam locationem ad longum tempus reſtringunt: hâc ratione muniti, quod per hunc contractum poſſeſſio & dominium utile acquiratur. Lec. d. S. Georg. *d. feud. in verb. Et cum pacto de non alienando, n. 17. verſ. quia per locationem ad longum tempus*, Marp. *Vol. 4. conſ. 51. n.* 40 41. Verum locatio quantivis temporis non eſt modus transferendi dominii *d. l. 39. ff. loc.* Joh. a Sande *lib. 3 tit. 6. cap. 10 circa f.* Sane non eſt aſſentiendum Cujacio, qui putat locationes omnes quæ luſtrum egrediuntur conſtituere jus Emphyteuticum; Eſt enim profecto abſurdum, ei, qui ad

ſer

Digitized by Google

ex aut ſeptem annos conduxit, tribuere jus agendi in rem, & nterdicti uti poſſidetis, jus alienandi, ſervitutem imponendi, novum opus nunciandi, quæ omnia emphyteutæ conceſſa eſſe onſtat late Caſp. Schifordius *lib. I. tr. 18. q. 1. diſput. forenſ. ad An- on. Fabr.* & falſitatem illius ſententiæ demonſtrant. Frantzk. *tract. . L. eadem. cap. 15. an 1. usque. ad n. 22.* B. Dn. Hahn. ad *Wes. tit. Loc. ond. n.* 8. qui notat ita anno 1648. die 11. Mart. verſus L. F. F. I. & I. S. á Collegio juridico in illuſtri Julia Academia reſponſum. ufficit itaque, quod per locationem res ultra triennium utenla transferatur. Didac. Covarr. *var. reſol. lib. 2. cap. 16. n. 4.* Leſſ. *d. .* & *I. lib. 2. 24. dub. 11. n.* 68. Card. Mant. *d. tac. & ambig. conv. lib. . tit. 3. n.* 21. Aug. Barboſa *in ſumm. Apoſtol. deciſ. extra jus commun. agant. collect. 19. verb. Alienare. n. 2. d. offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. al- eg. 95. n. 3. & collect. ad tit. 4. lib. 3. Extrav. comm.* Amb. Thuſc. ib. 7. *& d. I. Eccl. lib. 3. c. 30. n. 3. & ſeqq.* Et hoc triennium eſt comutandum ex tribus fructuum collectionibus, ita ut ſi in tribus ructuum collectionibus, ſemel tantum fructus percipiantur, tunc riennium pro uno tantum anno computari debeat, Covarr. *d. c. 6. n. 6.* Mant. *d. tac. & amb. conv. lib. 5. d. t. 3. n. 22.* Hic jam quæri oteſt: An locatio facta ultra triennium in totum vitietur, aut uoad triennium ſuſtineatur? Bart. *in Auth. qui rem n. 7. & ibi* Jaon. *n. 21. C. d. SS. Eccl.* & alii quos refert Card. Mant. *d. tac. & amb. onv. lib. 5 tit. 5. in pr.* ſtatuunt, hanc locationem in totum eſſe nulım, nec quoad triennium ſuſtineri; & pro hâc ſententia facit *ap. un. Extrav. comm. lib. 3. tit. 4. d. reb. Eccl. ibi, nullius omnino ſit va- oris & momenti*, ubi dictio illa *omnino*, indiſtincte omnes annos omprehendit, & omni ex parte locationem annullat, juxta noata á Barb. *d. diction. & clauſ. dict.* 206. Valaſci *d I. Emphyt. qu. 29. . 15.* Steph. Gratian. *diſc. for. c. 162. n. 22.* Rot. apud Farin. *deciſ. 30. art. 1. Clement. 1. d. reb. Eccl. non al.* ubi dicitur, quod nec recipienti jus aliquod acquiratur Barb. *d. l. dict. t. 14. n. 6.* Contrariam ententiam, ſc. locationem rerum Eccleſiæ ad plures annos factam validam manere quoad dictum triennium tenent Bald. *in Auth. ſi quas ruinas C. d. SS. Eccl.* Covarr *d. c. 16. n. 5.* Paul. *in Auth. ui rem. C. eod. n. 12.* Molina *de primogen. lib. 1. c. 21. n. 21. verſ. contra- ium.* Has diſcrepantes opiniones adhibitâ diſtinctione ad con-

C 3 cordiam

Digitized by Google

cordiam reducendas eſſe arbitratur, & ut generaliter illa materia percipi poſſit diſtinguit Barboſa *d. Offic. & poteſt Epiſc. part. 3. allegat. 95. n. 10. 11.* Aut tempus licitum in his contractibus, ab illicito ſeparari poteſt, aut non; Priori caſu, quia pars inutilis non tollit conſenſum a parte utili, contractus pro tempore permiſſo & utili ſuſtinetur; Et ſecundum hunc caſum procedere poteſt opinio Baldi & aliorum; Regula enim, utile per inutile non vitiatur, intelligenda eſt in his, quæ ſunt diviſibilia prout pluribus citatis Dd. habetur *in bello de principiis utriusque juris litera V. n. 78.* Poſteriori caſu contractus in totum nullus, nec pro tempore permiſſo valet. Dicitur vero tempus utile ab inutili ſeparabile, quando conſtat contrahentes ad minus tempus non eſſe contracturos individuus & inſeparabilis, ex præſumta & interpretativa partium voluntate. Tiraq. *d. Retr. leg. §. 23. gloſſ. 1. n.* 28. Molin. *d. primogen. d. n.* 28. *verſ. quòd ſic intelligendum.* Sic ſi pro multis annis datur unicum pretium ſeu merces, locatio in totum corruit, nec intra tempus permiſſum valet, non quidem ex illa ratione, quod unica tantum cenſeatur locatio, quâ movetur Did. Covarr. *d. c. 16. n. 5. verſ. eâdem ration.* Sed ex hâc, quia ex illa unica petii ſeu mercedis aſſignatione pro multis annis, ſatis videtur conſtare contrahentes pro paucioribus annis, non fuiſſe contracturos. Molina *d. n.* 28. *verſ. ex quibus.* Ex ſupradictis liquet, quod ſi prohibitus alienare locet ad longum tempus, e.g. ad decennium, ad vitam, vel ſimiliter, talis locatio in totum ſit nulla, ut pro tempore permiſſa infra decennium non ſuſtineatur, Ratio eſt, quia in hâc ſpecie ſatis conſtat, contrahentes ad minus tempus non fuiſſe contracturos. E contrario tempus licitum ab illicito eſt ſeparabile, ſi ex probabilibus conjecturis quæ certitudinem moralem pro ratione materiæ pariunt, colligi poſſit, contrahentes etiam pro tempore licito contracturos, nec obſtare notabile illorum intereſſe, licet contractus non duret pro omni tempore. Hinc locatio rerum Eccleſiæ facta ultra triennium intra tempus licitum & ita uſque ad triennium ſuſtinetur, quia hoc in caſu non verſatur notabile intereſſe, ex eo quod locatio ad triennium ſolum, vel ultra valeat, cum ſi eadem locationis ſpecies, ac proinde cum reſpectû temporis utilis, certitudo

quæ-

Digitized by Google

quædam moralis, & præſumtivus partium conſenſus concurrat, nihil mirum, ſi reſpectu ipſius locatio ſuſtineatur, & tantum reſpectu temporis prohibiti vitietur. Hàc diſtinctione adhibitâ, facile argumenta contraria dilui & profligari poſſunt. Nec obſt. textus *in dict. Extravag. Ambitioſa, ibi nullius momenti* quia hoc intelligendum reſpectu temporis illiciti, non vero liciti, quia leges generaliter loquentes, non cenſentur improbare id quod aliis legibus eſt permiſſum *l. 15. ff. qui ſatisd. coguntur.* Molina *d. n. 28. verſ. cui opinioni.* Eodem modo reſpondet ad *d. Auth.* ut ſe prædicta Emphyteuſis conceſſio, non teneat reſpectu temporis illiciti.

XIV. Deinde quæritur *ad d. Extrav. Ambitioſa.* Si locatio facta pacto ad duo triennia, hoc adjecto, ut poſt primum incipiat ſecundum, an valeat? Quod affirmat Baldus *in cap. 1. quib. mod. feud. amitt.* Contrariam tamen ſententiam utpote veriorem amplectuntur Valaſc. *d. I. Emphyt. q. 23. n. 15.* Covarr. *d. c.* 16. Molina *d. I. & I. tract. 2. diſp.* 466. Azor. *Inſt. Moral. lib. 9. c. 3. q. 3.* quam etiam probat Aug. Barb. *d. offic. & pot. Epiſc. p. 3. alleg. 95. n. 17.* Et *ad tit. 4. cap. unic. Ambitioſa lib. 3. Extrav. commun.* 13. Et illud quæſitum. An præd. *Extrav.* habeat locum in fructibus ſive reditibus rerum Eccleſiaſticarum? In quo etiam non eſt concors Dd. opinionem fovent, quod licet bona Eccleſia Archi-epiſcopalis, Cathedralis, vel collegiatæ aut cujuscunque alterius Eccleſiæ inferioris, poſt triennium locari non poſſint, per Prælatos, ſive eorundem beneficiatos, ut habetur in *d. Extrav.* Fructus tamen ipſarum bene poſſint etiam ultra triennium, intra tamen modicum tempus per eosdem locari. Et ita Senator Regius apud Gam. Luſitan *deciſ. 390. n. 4.* Didac. Covarr. *var. reſol. d. c. 6. adſ.* Mantica *d. tac. & amb. conv. lib. 2. tit. 3. n. 21.* Pro qua opinione ſtabilienda adducuntur verba *d. Extrav.* ibi *bonorum Eccleſiaſticorum* ibique *Eccleſiarum evidenti utilitate,* quæ verba tantum videntur comprehendere bona Eccleſiæ. Contrariam tamen opinionem fovent Gam. *d. deciſ.* 390. *n. 6. & deciſ. 156. n. 2.* Boer. *dec. 224.* Bonac. *in var. tract. 2. d. alien. bon. Eccleſ. diſp. 2. q. un. punct. 2. n. 25. verſ. Sed oppoſitum mihi probabilius videtur.* Barboſ. *d. off. & pot. Epiſc. p. 3. alleg. 95. n. 20. 21. & in Collect. ad c. un. Extrav. comm. d. Eccl. non alien. lib. 3. tit. 4. n. 4.* Carocius *p. 3. tit. d. reb. Eccl. locand. n. 51.* Quæ ſententia con-

Digitized by Google

confirmari videtur *in dict. Extrav.* quæ *in præfat.* agit de bonis immobilibus, & mobilibus Deo dicatis, ex quibus Eccleſiæ, monaſteria & pia loca reguntur, illuſtrantur, illiusque miniſtri ſibi neceſſariam ſuſtentationem vendicant. Deinde *in deciſione* prohibet omnium rerum & bonorum Eccleſiaſticorum alienationem, locationem & conductionem ultra triennium; quibus verbis non tantum bona propria ipſarum Eccleſiarum, quarum fructus in utilitatem ipſarum convertuntur ultra triennium locari prohibentur, verum etiam illa, ex quibus Eccleſiæ & alia pia loca illuſtrantur, illorumque miniſtri ſibi alimoniam quærunt, & ita fructus beneficiorum comprehendere videntur: Sunt enim omnia illa bona Eccleſiaſtica. Ex quibus tale poteſt necti argumentum; Quæ dicuntur bona Eccleſiaſtica, illorum locatio eſt ultra triennium prohibita; Atqui fructus beneficiorum dicuntur bona Eccleſiaſtica; Ergo eorum locatio eſt ultra triennium prohibita. Unde merito in *d. Extrav.* edictis verbis *omnium rerum & bonorum Eccleſiaſticorum &c.* colligitur, quod utraque bona ſub illa prohibita alienatione comprehendantur. Deinde ex verbis *d. Extrav. in 2. Except.* quam facit ibi *ac de fructibus & bonis, quæ ſervando ſervari non poſſunt pro inſtantis temporis exigentia* evidenter probare videtur, quod ſi fructus & bona ultra triennium ſervari poſſint, poſt triennium locari non debeant, ita ut exceptio firmet regulam in contrarium. Cujus deciſionis hæc ratio dari poteſt, ut occurreretur facilitati Clericorum, qui præſentem pecuniam pro pluribus annis recipientes, futuris defraudarentur alimentis, ad quæ ſunt deputati reditus Eccleſiarum, *c. 2. d. præbend.* & Eccleſiæ ſervitia negligerentur, juxta *c. ſi quis objecerit. 1. q. 2.* Eleganter de hac materia Caſp. Klock, *tom. 1. conſ. 35. n. 46.* Wohl iſt nicht ohne / daß de jure Canonum antiquo die præbenden, weil ſie von den geiſtlichen Gütern herkommen / den Canonicis nicht der Urſach gegeben / daß dieſelbe damit ihres gefallens dominiren / ſchalten und walten / dieſelbe zum Uberfluß / weltlichem Gepränge und Uppigkeiten unnützlich mißbrauchen / ſondern was ſie davon / præter victum & amictum erobern, in utilitatem Eccleſiæ, und ſonſt auff die liebe Armuth / und andere milde Sachen verwenden ſollen, Dann obwol jetzt angeregte beneficia, in den

ho-

hohen Stifftern commodioris uſus gratia, in gewiſſe Theile geſetzet und abgeſondert / auch deroſelben adminiſtration den Canonis und Præbendatis aſſigniret / ſo iſt durch ſolche diviſion und Abtheilung die Natur der geiſtlichen Güter nicht alterirt / oder verwandelt / ſondern behalten dieſelbe ihre vorige uhralte qualität / Art und Eigenſchafft / dergeſtalt und alſo / daß die geiſtliche Perſonen perceptis neceſſariis, darvon ad pios uſus mildiglich diſpenſiren / der Armuth beyſtehen / und Gottes Ehre beſtmüglichſt befürdern helffen ſollen. Et n. 139. de obſervantia ita diſſerit: Aber weil ſolche canones und geiſtliche Ordnungen hernacher in Abgang / und es endlich dahin kommen / daß ſie alle fructus Præbendarium & beneficiorum Eccleſiaſticorum ſich appropriirt, ſo laſſe ichs auch bey ſolcher obſervantz billich bewenden / halte es ſchließlich und gäntzlich darfür / daß die Herrn Thum Capitularen, und andere Canonici, in Cathedralibus & collegiatis Eccleſiis, nicht allein von ihren ex patrimonio und ſonſt ererbten / ſondern auch von andern intuitu Eccleſiæ erworbenen Gütern / und erhobenen Nützungen / prohibitu teſtiren oder in andere Wege libere diſponiren können oder mögen. Poſſunt itaque Clerici inſpectâ hâc communi opinione, quæ in praxi obſervatur, de fructibus beneficiorum pro lubitu libere diſponere & diſpenſare: attamen illa locatio fructuum à Clerico facta, ultra vitam locantis non extenditur, indeque ſucceſſorem non obligat. Klock. *tom. 1. conſ. 35. n. 232.* Redoan *lib. 1. q. 53. n. 25. 28. 57. & ſeq.* Aug. Barboſ. *d. off. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 94.* Opportune hic quæras; An hæredes Prælati qui fecit locationem, ſi ipſe decedat ante impletum tempus locationis, in caſu, quo ejus ſucceſſor illi non tenetur ſtare, teneantur de evictione, ita ut conductor adverſus illos poſſit inſtituere actionem, & ab eis petere quanti ſua interſit locationem impleri intra tempus præfinitum? In qua quæſtione dicendum puto, prædictos hæredes non teneri. Innocent. *in cap. ult. n. 9 ut Prælati ſuas vices.* Guitier. *Canon. lib. 1. cap. 36. n. 23.* Cogitare enim debebat conductor evenire poſſe, ut ante elapſum tempus locationis locator decedat, cujus morte locatio extingueretur. Quo fundamento idem in heredibus poſſeſſoris majoratus, probat Molina *d. Primog. lib. 1. c. 21. n. 8.* quod etiam obtinet,

licet conductor in re locata plures expenſas fecerit, quaſi toto tempore locationis fruiturus, nec enim eas ab heredibus locatoris conſequetur. Valaſc. *d. l. Emphyt. q. 25. n. 35.* Molina *d. n. 9.* Contrarium tamen in praxi obſervari dicit Valaſcus, ne quis cum alterius injuria locupletur, contra regulam, *locupletari d. Reg. I. in 6.* Et propter æquitatem *l. 23. & l. 32. ff. d. Reb. Cr.* Aug. Barboſ. *d. off. & pot. Ep. p. 3. alleg. 94. n. 11.* Qui *num.* 12. hanc reſolutionem declarat, ut non habeat locum eo caſu, quo Prælatus ex cauſa renunciationis, vel permutationis, vel ex alia cauſa, beneficium ſuum libere dimittat, tunc enim heredes ipſius de evictione renentur; quia per factum voluntarium locatoris, conductor non potuerit frui re conducta, intra tempus in locatione declaratum, in qua ſpecie obtinet *l. 32. ff. loc.* & multum refert, an Prælatus moriatur, an beneficium voluntarie dimittat, hoc enim voluntate Dei; quam declarationem tenet Guitier. *d. c. 36. n. 25. & ſeq.* Porro declarat Barboſ. *d. l. alleg. 94. n. 13.* ſupradicta non procedere, ſi Prælatus bona ſui beneficii tanquam libera locat, tum enim heredes de evictione tenebuntur. arg. *l. 9 §. 1. verſ. quid tamen ff. loc.* idem probat in poſſeſſore majoratus locante bona majoratus tanquam libera Cuitier. *d. c. 36. n. 19.* Molina *d. Primogen. lib. 1. c. 21.* Notandum hic, quod in illis caſibus in quibus Prælati ſucceſſor non tenetur ſtare locationi per prædeceſſorem factæ, nec conductor teneatur, ut æqualitas inter eos ſervetur; & ne contractus claudicare videatur. Molina *d. c. 21. n. 4.* Guitier. *d. c. 36. n. 12.* Barboſ. *d. alleg. 94. n. 15.*

XV. Alta & profunda eſt quæſtio: An Clerici de bonis per Eccleſiam quæſitis teſtari poſſint? Marc. Ant. d. Dom. *d. Reb. Eccleſ. lib. 9. c. 7.* hæc tria probare conatur, Primo, vitam Clericorum debere eſſe communem ex *epiſt. clem. 5. & Urbani cap. un.* Auguſtin. *ad fratres ſerm. 52.* Concil. IV. Tolet. circa tempora Heraclis Seculo ſeptimo *c. 23. ſtatuto Egenii 2. & Leonis 4. 12. q. 2. c. neceſſaria* Syn. Turonenſi *c. 23.* Conc. Cabilonenſi *c. 6.* Moguntiaco *c. 9.* Proſper. *d. vit. contempt. lib. 2. c. 11.* Conc. Aquiſgr. *c. 108.* Secundo, proprietatem pugnare cum profeſſione Clericali, *c. duo ſunt. c. 12. q. 1.* Auguſtin. *ſerm. 37. ad fratr. d. her.* Conc. Aquiſgr. *c. 11.* Chryſoſt. *hom. 87. in Matth.* conc. Carthaginenſi 4. *c. 31.* Tertio diviſione

viſiones generales bonorum Eccleſiæ, magnâ diſcuſſione indigere. *diſtinct. 93. c. Diaconi.* Concil. Aurelianenſi *1. c.* 16.17. Tolet. IV. *c.* 32. Gratianus *c. ſancimus 12. q. 2.* Conc. Bracar. 1. *c.* 25. *II.* Wortanienſe *c. 7.* Triburienſe *ſub Arnu Ipho c. 13.* Quod ſi itaque Clericus nullum habet dominium in ſuos fructus, ſed uſum tantum, & diſpenſationem ſuperfluorum, in opera pia ac vere Eccleſiaſtica, hoc conſectarium elicit Marc. Ant. d. Dom. *d. Rep. Ecc. lib. 9. c. 12. n. 1.* non poſſe clericum poſt mortem, quicquid ei ex bonis Eccleſiæ ſuperfuerit, de illo ullà ratione diſponere, nec conſuetudine induci poſſe, ut beneficiarii de reditibus ſuorum beneficiorum, abrogando jus commune contrarium, teſtari valeant, cum contra legem moralem Decalogi, Non furtum facies, nec conſuetudo, ne lex poſitiva, valere poſſit. Talis enim lex permitteret furtum licitem committere, & utendi fruendi facultatem veris uſuariis ſeu uſufructuariis eripere & furari: Deinde urget canones, qui prohibent teſtamenta Clericorum. Concilium Agathenſe *c. 54. 13. q. 4. c. Presbyter. d. Pecul. Cler.* Tolet. *II. c. 4. & c. pia d. pecul. Cler.* Carthag. III. *12. q. 3. c. 1.* Tolet. VIII. *c. 4. 12. q. 4. c. 1.* Arelatenſe *c. 1. d. Pecul. Cler.* Per quæ jura arbitratur probari, Clericum non poſſe teſtamento diſponere de bonis Eccleſiaſticis, h.e. de ipſis fructibus & reditibus beneficii, ſive de acquiſitis per ipſum, tam per bona quæ ipſi ſupereſſent, quam per exercitia Eccleſiaſtica, & quæcunque ad ipſum perveniunt ex eo quod Clericus eſt, & intuitu Eccleſiæ ei donantur vel legantur. Quod ſi vel Clerici alia habeant bona, non ab Eccleſia, nec per Eccleſiam, nec pro Eccleſia, cum ſint horum domini, nihil prorſus obſtare, quo minus libertas ſit eis teſtari eo modo, quo cæteris laicis omnibus, diſponere de talibus ad placitum ſuæ voluntatis conceſſum. Ad objectionem illam, quod omnem proprietatem Clerico ſuſtulerit, reſpondet Marc. Ant. d. Dom. *c. 12. n. 3.* Sc. Proprietatem omnem Clerico ſublatam circa bona Eccleſiaſtica, ita ut nunquam liceat Clerico in illa dominium verum acquirere, quorum non habet, niſi ſolum uſum & diſpenſationem Eccleſiaſticam: Omnem tamen penitus proprietatem bonorum temporalium, modo ne ſint Eccleſiaſtica, Clerico non eſſe auferendam; puta ſi aliquo artificiolo, vel donationibus externis, vel legatis

Digitized by Google

piis intuitu perſonæ, non ordinis aut Eccleſiæ, is aliquid conſequeretur *c. 21. 12. q. 1.* Conc. Agathenſe *c. 48. c. Epiſc. c. manifeſta c. quia nos cauſ. & q. ead. & c. relatum 2. d. teſtam.* Concil. Tolet. VIII. *c. 4. 12. q. 3. c. Quicunque* Concil. Carthag. *3. 12. q. 3. c. Placuit.* Quomodo vero diſcernenda ſint, quæ donantur Clerico intuitu perſonæ, ab iis, quæ donantur eidem intuitu Eccleſiæ, explicat Concilium Carthag. *c. 6. c. Pontifices 12. q. 3.* Non deſunt leges Eccleſiaſticæ, quæ non tam debitum juris divini, quam æquitatem quandam humanam ſecutæ; ſtatuunt, ut Epiſcopi & Clerici etiam bona propria ſive patrimonialia, Eccleſiis poſt mortem, non aliis relinquant. *c. Epiſcopi qui filios 12. q. 1.* Concil. Tolet. VIII. *c. 4. c. quicunque 12. q. 5.* Concil. Tribur. *ibid.* Ex qua humanitate teſtamenta Clericorum, quibus bona proprie Eccleſiaſtica in pias diſpenſantur cauſas, ab Eccleſia facile tolerantur. *c. quia Johannes 12. q. 5.* Præſertim ſi diſponat de ſolis mobilibus per Eccleſiam etiam acquiſitis. *c. Relatum 2. de teſtam d. c. quia Johannes.* Verum quod præſupponit M. Anton. de Dom. *d. l.* beneficiarios non eſſe dominos fructuum ex beneficiis perceptorum, eſt valde controverſum, quamvis Navarr. *d. redit. Eccleſ. q. 1. cum ſeqq.* & multi alii, quos refert D. Thom. *2. 2. q. 175. art. 7. in pr.* Menoch. *conſil. 66. n. 32. & D. A. I. Q. caſ. 433. n. 35.* Valaſc. *d. partit c. 36. n. 4.* mordicus defendere nitantur, beneficiarios quoſcunque ſolum eſſe cenſuarios horum bonorum, ita ut neceſſaria ſibi & familiæ ſuæ habeant, quantum ſufficit ad eorum victum, veſtitum, cæteroſque uſus congruos & neceſſarios, reliqua in pauperes diſpenſent. Recentiores vero contrarium defendunt, muniti rationibus non ficulneis; quia reditus beneficiorum non in ſuſtentationis ſtipendium, ſed magis in redoſtimentum laboris aſſignantur. *cap. Clerici omnes 1. q. 2.* Jam vero eſt conſpicui juris, eas portiones, quæ in laboris ſtipendium alicui aſſignantur, pleno jure domini eiſdem acquiri, ut apparet in ſtipendio militis pro militia, Doctoris & Profeſſoris pro lectionibus & diſtributionibus quotidianis, quæ dantur miniſtris Eccleſiæ ob laborem & miniſteria. Redoan. *d. ſpol. Eccleſ. q. 1. n. 27.* Quæ ſententia etiam hoc argumento confirmatur, quod facta diviſione illa redituum Eccleſiaſticorum in quatuor partes, ut una Epiſcopo,

ſecunda

ſecunda Clericis, tertia pauperibus, quarta fabricæ applicetur, *cap. quatuor. cap. d. redditibus cum ſeqq. 12. q. 2.* omnes quibus portiones illæ ſunt aſſignatæ, earum dominium liberum ab omni onere ſibi acquirant, ut patet in pauperibus, & in fabrica, hic enim titulus diviſionis à lege, eſt ſufficiens ad dominium transferendum, non minus, quam emtio & ſimilia *l. 1. C. comm. utriusque jud.* Leſſ. *d. I. & I. lib. 2. c. 4. dub. 6. n. 43.* Molina *d. Primog. lib. 2. c. 10. n. 34.* Sarm. *d. redit. Eccleſ. part. 4. c. 6.* quæ etiam eſt ſententia D. Thom. *d. q. 185. art. 7. verſ. de his autem* idem D. Th. *quodlibet 6. q. 8. art. 12.* cujus hæc ſunt verba: *Aliter ergo dicendum de illis Eccleſiaſticis bonis, quæ principaliter ſunt attribuenda neceſſitatibus pauperum, & conſequenter neceſſitatibus miniſtrorum, qualia ſunt bona hoſpitalium, & aliorum hujusmodi; Et aliter de illis bonis, quæ ſunt principaliter attributa uſibus miniſtrorum, ſicut ſunt præbendæ & alia hujusmodi, nam in prioribus bonis peccatum committitur, non ſolum ex abuſu, ſed etiam ex ipſa rerum conditione, dum aliquis in ſuos uſus aſſumit, quod eſt alterius; & ideo tenetur ad reſtitutionem, tanquam defraudator alienæ rei, in ſua diſtributione: De aliis vero bonis non committitur peccatum, niſi per abuſum, ſicut & de Patrimonialibus dictum eſt, unde non tenetur quis ad reſtitutionem, ſed ſolum ad pœnitentiam peragendam.* Sarmien. *d. Redit. part. 2. c. 2.* Cajet. *2. 2. q. 62. art. 5.* Molina *d. I. & I. tr. 2. diſp. 142.* Soto *lib. 10. d. I. & I. q. 4. art. 3.* Barboſ. *in collect. ad c. Quia tua 8. 12. q. 1.* qui *n. 13. & ſeqq.* contrariis docte reſpondet. Et *d. offic. & pot. Epiſc. part. 3. alleg. 114. n. 4. & d. jur. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 17.* Leſſius *d. Juſt. & Jur. lib. 2. c. 3. dub. 6. n. 43.* Sanchez. *in præcept. Decalogi t. 2. l. 6. c. 6. n. 14.* Ioan. Valer. *de different. inter utrumque forum differ. 1. n. 14.* Eſt igitur falſa illorum opinio, qui tenent Epiſcopos ac alios beneficiarios de acquiſitis ex fructibus ſuorum beneficiorum ideo teſtari non poſſint, quia domini illorum non ſunt; vera ratio eſt, quod Epiſcopi & Clerici de acquiſitis intuitu ſuorum beneficiorum teſtari non poſſint, quia à lege Canonica prohibentur, *c. præſumt. 1. cap. quia ſæpe cap. Epiſcopi 12. q. 1.* Non enim eſt concludens argumentum; Non poteſt teſtari, vel non poteſt alienare, Ergo non eſt Dominus, *l. pen. C. qui teſt. fac. poſſ.* Ex conſuetudine tamen poteſt beneficiarius teſtari de acquiſitis intuitu beneficii:

 Quæ

Digitized by Google

Quæ conſuetudo in Hiſpania, quoad Clericos Epiſcopis inferiores viget, nempe, quod de illis teſtari poſſint, & in illis ac inteſtato conſanguinei ſuccedere; de quâ couſuetudine teſtatur Navarr. *in man. cap. 25. n. 129. & d. Redit. Eccl. q. 3. n. 10. & in Apolog. q. 1. monit. 40. & q. 3. monit. 5. Et de ſpoliis Cler. §. 6. n. 6* Molina *d. Primog. lib. 2. c. 10. n. 56.* late Redoan. *d. ſpol. Eccl. q. 4. per tot.* Quam tamen conſuetudinem tantum in foro exteriori, non vero in ſanctiori auditorio conſcientiæ valere ſtatuit Marc. Ant. d. Dom. *d. R. E. lib. 9. c. 12. n. 16.* In aſſignanda ratione differentiæ, quare Epiſcopi de acquiſitis intuitu Eccleſiæ ſecundum conſuetudinem hodiernam teſtari non poſſint, & tamen reliquis beneficiariis conſuetudo facultatem teſtandi conceſſerit, Dd. laborant. Barboſ. *d. O. & P. Epiſc. d. alleg.* 114. *n.* 8. hanc rationem ſuppeditat, quia in Prælatis Eccleſiarum Cathedralium, qui ſunt Epiſcopi & ſimiles, ſtatutum facit, ut obveniente tempore vocationis ad futurum ſucceſſorem ea pertineant. *cap. quia ſæpe d. Elect. lib. 6. Clem. ſtatutum eod. tit.* Certum itaque, Epiſcopi de bonis intuitu Epiſcopatus tam vere, quam præſumtive quæſitis teſtari, & præter Eccleſiam alium heredem inſtituere nequeant, propter prohibitionem legis humanæ. Molin. *d. primog. lib. 2. 10. n. 27.* De aliis vero patrimonialibus, atque aliunde, non autem contemplatione Eccleſiæ acquiſitis, libere teſtari, ac de ipſis majoratum facere poſſunt. *cap. ſint manifeſta ibi ſicut noluerit. 12. q. 1. c. fixum 12. q. 5. Auth. Licentiam C. d. Epiſc. & Cler.* Molin. *d. c. 10. n. 20.* Pruckmann *Vol. 2. conſ. 5. n. 4.* Marp. *Vol. 4. conſ. 35. n. 88.* Card. Mant. *d. conject. ult. vol. lib. 6. tit. 7. n. 19.* Molina *d. I. & I. tr. 2. diſp. 147. concl.* 1. Barboſ. *in collect. ad c. Epiſcopus qui filios 12. q. 2.* idem dicendum de bonis, quæ ſuis laboribus acquiſiverunt, quamvis ratione ordinis, non tamen intuitu Epiſcopatus vel bonorum Eccleſiæ. Redoan. *d. ſpol. Eccleſ. q. 3. §. & in hac materia n. 12.* Nec non de fructibus beneficii, quos ex propria parſimonia ſibi acquiſiverunt. Soto *d. I. & I. lib. 10. q. 4. art. 4. col. 4. verſ. cum ergo.* Navarr. *d. redit. Eccleſ. q. 1. n. 33. n. 2. & 4. verſ. quæ ratio.* Quænam vero dicantur bona patrimonialia, vid. Zab. *in cap. f. d. pecul. Cler.* Frider. d. Senis *cap. 20.* Fillitec. *tom. 3. d. ſtat. Cler. tract. 43. d. ſpol. Eccleſ. c. 3. n. 15.* Joh. Solozzano *de Indiarum jure tom. 2. lib. 3. c. 10. n. 78.*

Aug.

Digitized by Google

Augu. Barb. *d. off. & Pot. Ep. part. 3. alleg. 114. n. 10.* qui, ut quis ſcire poſſit, quænam bona intuitu eccleſiæ acquiſita cenſeantur, ſequentes caſus ponit; Aut enim conſtat tempore Prælatum ſuæ promotionis habuiſſe bona, aut conſtat quod non habuerit, aut ſumus in dubio, primo caſu præſumtio eſt pro poſſeſſore, & cenſentur bona non intuitu Eccleſiæ quæſita, ſecundo, pro Eccleſia præſumendum; *cap. 1. d. teſtam.* Redoan. *d. l. q. 9. §. quia n. 40.* Tertio caſu, quando verſamur in dubio, cum non conſtet, num bona ſint quæſita ante, vel poſt Epiſcopatum, pro Eccleſia præſumendum eſt, quod illius intuitu fuerint comparata; *d. c. 1.* ſi vero conſtet de tenuitate beneficii, & de bonis ac divitiis propriis Clerici, bona quæ reperta fuerunt, potius præſumi debent quæſita ex bonis Clerici, quam Eccleſiæ. Redoan. *d. ſpol. Eccl. q. 15. n. 22.* Abb. *in cap. 3. n. 3. d. pecul. Cler. & cap. cum eſſes n. 24. d. teſtam.* Illud hic annectendum ex Pruckm. *vol. 2. conſ. 5. n. 5.* quod Clerici, qui reformatam religionem profitentur, ſeu ut vulgariter loquimur, ex proteſtantibus ſunt, licet nulla conſuetudo tale quid concedens extiterit, de quibuscunque bonis ſuis teſtari poſſunt, uti autoritate Dn. Melanthonis autor eſt Dauth. *tr. d. teſtam. n. 185. verſ. atque hinc.* Marpurg. *vol. 4. conſ. 35. n. 88.* Klock. *tom. 1. conſ. 35. n. 240. & ſeqq.*

XVI. Ut igitur ſummatim dicam; Alienationis verbum in hac materia denotat non ſolum actum, uno plenum dominium in alium transfertur, cujusmodi eſt, venditio, donatio, permutatio, heredis inſtitutio, legatum, &c. verum & per quem utile dominium, ut feudum, quod eſt jus in re immobilia à domino alicui ſe ad fidem ipſi exhibendam obliganti conſtitutum, ita ut poſſit re illa uti frui, ac de illa pro arbitrio quodammodo reſtricto & dependente ab alio, diſponere; Emphyteuſis; aut jus in rem quæratur, ut pignus; vel ejus uſus diminuatur, ut uſusfructus. Acroama Aut. M. B. *d. nat. & jur. bon. Eccl. memb. 3. p. 348.* Barboſ. *ſacr. Apoſtol. deciſ. extra jus comm. vagant. collect. 19. n. 2. 3. 4. 5. 8. & in collect. ad c. Nulli 5. x. d. reb. Eccleſ. alienand. n. 10. & ſeqq.* Martin. Magerâ Schonnberg. *de Advocat. armat. cap. 6. n.* 498.

XVII. Nunc tranſitum faciam ad res quæ alienari prohibentur, ad quam materiam refererendæ veniunt res Eccleſiæ di-

verſæ

Digitized by Google

verſæ, quæ alienationi ſubjacent, quales ſunt res immobiles. Quænam vero ordini immobilium ſint adſcribenda, ea non una, definitione comprehendi poterunt; quamvis enim generali nomine immobilium contineantur, attamen ſi naturas ſingulorum penitius introſpiciamus, aliter atque aliter de ſingulis generibus erit judicandum, ſunt enim alia naturâ ſuâ immobilia, uti fundus, agri, arva, parata, horti, pomaria, inſulæ, ſylvæ, maxime ſi grandiores arbores contineant. *l. 27. 60. 115. 116. 198. ff. d. V. S.* Quædam interveniente artificio vel operâ & induſtriâ hominum ſunt effecta immobilia uti domus vel ædificia *l. ſi domus ff. d. leg. 1.* Molendinâ aquatica, Waſſermühlen. Roſenth *d. feud. c. 4. concl. 4.* Navalia, Schiffmühlen Hering. *d. Molend. q. 8. n. 16. & ſeqq.* Dn. Struv. *Synt. I. Feud. c. 6. th. 11.* Pneumatica Windmühlen ſive ſine ſint exſtructa, ut loco non moveantur Reinking. *d. retract. conſang. q. 3. n. 112.* Finckelth. *obſ. pract. 26.* Scheffer *q. jur. pract. q. 39.* Quædam acceſſionis intuitu ad claſſem immobilium referuntur, quæ quidem ſi ſeparata mobilia forent, juncta immobilibus, iisque affixa vel alio modo iis annexa pro immobilibus habentur, illius generis eſt omne quod rei immobili adhæret. Denique quædam deſtinatione in immobilium chorum aſſumuntur. Tiraq. *d. retr. Gentil. §. 1. gl. 7. n. 105. & ſeqq.* Gail. *lib. 2. obſ. 11. n. 4.* quæ ſunt in duplici differentia, vel enim ſunt in ſe & ſua natura mobilia vel ſunt talia, quæ accuratæ loquendo mobilium & immobilium differentias ſuſcipiunt. Tiraq. *d. l.* Barthol. *d. clauſ. inſtrum. clauſ. 19. gl. 3. in f.* Paul Voet. *d. mob. & immob. nat. c. 5.* Ex iis quæ natura ſua quidem ſunt mobilia, vel moventia, quædam per omnia immobilium lege reguntur, quædam ſaltim ad aliquem juris effectum, prout legum autoribus vel ſtatutorum conditoribus viſum fuerit, an vero prioris generis de jure Romano reperiantur, forſan non immerito dubitare licet. Ad aliquem juris effectum immobilia cenſentur, bona mobilia minorum vel pupillorum, quæ ſervando commode ſervari poterunt, hæc enim quod ſolennia alienationis immobilibus accenſentur. *l. 22. C. d. admin. tut.* Ad illa, quæ ſecundum aliquos juris effectus immobilium legi parent, nec tamen proprie & accurate loquendo ad immobilium vel mobilium claſſem referuntur, referri poſſunt an-

nui

nui reditus ſuper immobilibus bonis in perpetuum vel ad longum tempus conſtituti. Klock. *tom. 2. conſ. 20. n. 171.* Paul. Voet. *d. mobil. & immob nat. c. 9. n. 21.* Gail. *2. obſ. 10.* Mynſing. *cent. 1. obſ. 69. n. 12.* Barboſ. *in collect. ad c. 5. x. d. reb. Eccl. alien. & d. O. & P. Ep. d. alleg. 95. n. 45.* Joh. à Sande *d. prob. alien. cap. 1. ſummar. §. 2. n. 15.* Jura & actiones, reales ad rem immobile Eccleſiæ competentes *c. 2. d. reb. Eccleſiaſt. non alien. in 6. Clem. 2. eod. tit.* Alphonſ. de Olea *d. ceſſ. action. tit. 2. q. 1.* Mantic. *d. tac. & amb. conv. lib. 4. tit. 6. n. 39.* P. Voët. *d. mob. & immob. nat. c. 8. n. 8.* Barb. *in Collect adl. 14. n. 68. C. d. SS. Eccl.* Barboſ. *d. offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg 95. n. 46.* vid. Diſſ. inaug. Dn. Schëffers *d. n. affect. & differ. rer. mob. & immob.* ſub præſidio ſpectabilis Dn. Decani habitam. Ex quibus hoc argumentum formari poteſt. Quæ res Eccleſiæ ſunt natura ſuâ immobiles, vel quoad effectus juris ad claſſem rerum immobilium referuntur, illarum alienatio, venditio, donatio, permutatio, emphyteuſis, feudum, conſtitutio hypothecæ, conductio ad longum tempus, transactio & cæteri actus, qui ſub nomine alienationis comprehenduntur, ſunt regulariter prohibiti. Atqui tales ſunt res de quibus ſupra egimus, Ergo hæ alienari nequeunt. Notandum hic, quod ſervus adſcriptitius, fundi pars habeatur, & ad claſſem rerum immobilium quoad effectus juris referatur. Tiraq. *d. rer. leg. §. 1. gl. 7. n.* 119. 120. Et aliæ res mobiles prætioſæ. Redoan. *d. Redit. Eccl. non alien. q. 8.* Vigolin. *d. pot. Epiſc. c. 14. §. 4. n. 5. verſ. 3.* Quarant. *in ſumma bullarii verb. alienatio rerum Eccleſia n. 24* ubi dicit nomine rerum mobilium pretioſarum, quæ ſervando ſervari poſſunt, intelligi vaſa aurea, argentea, veſtes pretioſas, quæ longe ab interitu diſtant, & commode ſervando ſervari poſſunt, gemmas, & his ſimilia & *n. 25.* reſolvit pecuniam deſtinatam ad emtionem ſtabilium cenſuum, vel mobilium pretioſarum, cujus proprietas eſt Eccleſiæ, non poſſe alienari ſine ſolennitate & cauſa.

XVIII. Res vero mobiles non pretioſæ, quæ ſervando ſervari nequeunt, non ſubjacent prohibitioni alienationis. *l. 22. C. d adm. tut. l. tutores C. d. præd. min.* Hujusmodi vero ſunt (1.) Vinum, oleum, frumentum, fructus qui ætatem non perferunt, veſtes uſu detritæ aut corruptæ, item animalia ſupervacua. Barboſ. *d.*

Digitized by Google

off. & P. Epiſc. p. 3. alleg. 95. n. 37. 38. & in collect. ad. c. 5. x. d. reb. Eccl. alien. n. 2. Tiraq. *d. Retr. tit. 1. §. 1. gl. 7. n. 103. & ſeqq. & ad LL. connubiales gl. 8. n. 194.* Gail. *lib. 2. obſ. 11. n. 3.* Molina *d. I. & I. diſp. 468.* Paulus Chriſtin. *ad LL. Mechlin. tit. 19. art. 10. n. 5.* Bonac. *var. tr. 2. qu. un. punct. 2. n. 4.* Joh. à Sande *d. prob. rer. alien. c. 1. ſummar. §. 2. n. 11.* Navarr. *d. alien. rer. Eccl. n. 4.* Redoan. *q. 6. n. 29.* (2.) Actiones & jura circa rem mobilem. Gail. *lib. 2. obſ. 11. n. 10.* ut & reditus perſonales, qui in mera perſonali conſiſtunt præſtatione, neque rem habent ſibi ſubjectam vel affectam, & non aliter atque perſonales actiones in ordinem mobilium recipiuntur, Schrad. *d. feud. part. 3. cap. 3. n. 3.* Paul. Voët. *d. mob. & immob. nat. c. 9. num. 9. 14. & ſeqq.* Klock. *tom. 2. conſ. 40. num. 171.* Quod vero reditus annuus ſuper obligatione perſonali tantum absque bonorum hypotheca conſtitui poſſit, probant Covarr. *var. reſol. lib. 3. c. 7. n. 4.* Gail. *lib. 2. obſ. 7. n. 13.* ubi dicit, hanc eſſe ſententiam generali conſuetudine paſſim receptam, eamque in Camera Imp. obſervari. Redoan. *d. reb. Eccl. non alien. in rubr. d. conſt. ann. cenſ. n. 55.* Jac. Thoming. *deciſ. 17.* Felician. de Solis *tr. d. cenſibus lib. 1. c. 8. n. 4.* Caſp. Roderic. *d. ann. redit. lib. 1. q. 4. n. 29. & lib. 2. q. 7. n. 13.* Marp. *vol. 3. conſil. 18. n. 87.* & cenſum ſuper ſola debitoris perſona conſtitui poſſe, omnes fere Theologi & juris utriusque interpretes affirmant. Layman. *Theol. mor. lib. 3. tract. 4. c. 18. n. 7.* Leſſ. *d. I. & I. lib. 2. c. 22. dub. 4. n. 18.* Joh. d. Salas *tract. d. cenſ. dub. 3. n. 2.* Molina *d. I. & I. diſp. 387. n. 5. 12.* Klock. *tom. 2. conſil. 40. n. 36. & ſeqq.* Sed quid dicendum de promiſſione de re locanda? Reſpondeo, quia illa promiſſio non eſt locatio, nec alienatio, ſed nuda obligatio perſonalis; poterit beneficiarius obligare ſe obligatione perſonali ad dandam commoditatem, & jus percipiendi fructus ad multos annos, vel durante vita uſufructuarii, cum hoc pacto non fiat alienatio rei Eccleſiaſticæ, quia nullum jus rei in alterum transfertur, ſed ſolum obligatio perſonalis naſcitur. Gutier. *Canon. lib. 2. cap. 13.* Molin. *d. I. & I. diſp. 466. n. 5. verſ. in tertia autem* Filliuc. *tom. 3. tract. 44. cap. 2. §. 1. quæſt. 8.* Bonacin. *var. tract. 2. d. alienat. bonor. Eccleſ. diſput. 2. quæſt. un. punct. 2. n. 24. verſ. cum Molina.* Barboſ. *in collect. ad Extravag. Ambitioſæ un. n. 8. d. reb. Eccl. non alien. lib. 5. tit. 4.* (3.) Eo referenda mancipia Ec-

clesiæ

cleſiæ inutilia, aut cum ſubeſt manumiſſionis cauſa. *c. 3. 4. x. d. reb. Eccl. al. vel non* (4.) . Huc ſpectant res, quæ antiquitus infeudari vel Emphyteuſin concedi conſueverunt, eæ ſi ad Eccleſiam redierint, etiam abſque ſolennitate aliqua Prælatus in feudum concedere, & ſic alienare poteſt; quemadmodum omnes unanimiter tradunt per *c. 2. x. d. feud.* Menoch. *d. A. I. Q. caſ. 81. n. 5. conſ. 66. n. 31. conſ. 29. n. 1. cum ſeqq. conſ. 90. n. 22.* & d. Præſumpt. *lib. 6. praſ. 63. n. 19.* Gail. *lib. 2. obſ. ult. n. 3. 4.* Roſenth. *d. feud. c. 4. concl. 21.* Redoan. *d. reb. Eccl. q. 51. c. 6. & q. 60.* Merckelb. *in conſ. Klocken tom. 2. conſ. 17. n. 102. & ſeqq.* Nec Prælatus juramento præſtito de non infeudando obligatur, quo minus illa bona alii iterum concedere poſſit. Gutier. *d. juram confirm. part. 1. c. 52. n. 4.* Navarr. *tr. d. alien. rer. Eccl. n. 11.* Barb. *in collect. ad c. 2. x. d. feud. n. 2. & d. off. & P. Epiſc. part. 3. alleg. 95. n. 29. 30.* Redoan. *d. q. 60. n. 8.* Roſenth. *d. c. 4. concl. 22. 33. 34.* ubi recte hoc cum opinione communi limitat, in rebus iterum menſæ Eccleſiæ incorporatis. Hinc etiam ſufficit, quod bona ſint ſolita venire in diviſionem, ut in futurum etiam dividi debeant. Molina *d. primog. lib. 2. c. 8. n. 26.* Polaez. *d. majoratibus part. 4. q. 20. n. ult.* Ut vero bona in feudum vel emphyteuſin concedi, ſolita dicantur, ſufficit una conceſſio, & elapſum eſſe ſpatium temporis jure requiſiti ad præſcribendas res Eccleſiaſticas, nempe 40. annorum juxta *c. illud 8. d. praſcript.* Nicol. Intrigl. *d. feud. q. 53. n. 42. 57.* Roſenth. *d. c. 4. concl. 29. n. 7.* Rebuff. *d. reb. Eccl. non al. n. 33.* Afflict. *dec. 305. n. 10.* Barb. *in collect. ad d. c. 2. n. 3. & ſeqq. & d. off. & P. Ep. part. 5. alleg. 95. n. 36. & d. j Eccl. lib. 3. c. 39. n. 19.* 20. 21. Gail. *part. 1. conſ. 1. n.* 10. 11.

XIX. Sequuntur cauſæ ex quibus bona Eccleſiaſtica immobilia alienari poſſunt. Horum enim alienatio Epiſcopis & Clericis interdicitur, non ſimpliciter & præciſe, quaſi omnino & nullo caſu bona illa alienari poſſint, ſed alienatio fieri prohibetur abſque juſta cauſa & ſolennitate canonica. Ne itaque contingat ut in commodum Eccleſiarum inventa, in ejus diſpendium vertantur, ac prohibitio alienationis, Eccleſiæ & aliis locis piis ſit gravis, prudenter Canones eorumque Dd. eandem temperant & moderantur, ut non procedat ſi juſta cauſa alienationem efflagitet. Licet non deſint qui in alienatione rerum Eccleſiaſtica-

rum ſolas ſolennitates ſufficere arbitrantur, nulla etiam juſta alienandi cauſa exiſtente. Hoſtiens *in tit. d. reb. Eccleſ. non alien.* Guid. Pap. *q. 159.* Menoch. *d. A. I. Q. lib. 1. q. 172. n. 15.* Contraria tamen ſententia eſt verior & communior. Joh. Andr. *in c. 1. d. reſtit. in integr.* Panormitan. *in c. nulli. n. 7. X. d. reb. Eccl. non alien.* Duaren. *tract. d. SS. Eccl. miniſt. lib. 7. c. 9.* quam ſententiam a diſſentientium objectionibus vindicatam videre licet apud Gilken *ad §. ſacra n. 10. & ſeqq. Inſt. d. rer. diviſ.* Mantica *d. tac. & amb. conv. lib. 4. tit. 7. n. 55.* Cum enim bona Eccleſiæ, pupillorum ac minorum bonis æquiparentur *c. 1. X. d. integr. reſt.* Hartm. Piſt. *obſ. 68. n. 15.* Ant. Faber. *in Cod. lib. 2. tit. 9. def. 10. n. 10.* eo ipſo ſatis probatur alienationem bonorum Eccleſiaſticorum absque juſtâ & ſufficiente cauſâ non ſubſiſtere, quam diſtractio immobilium minorum præſupponit *l. 22. c. d. adm. tut. l. 12. C. d. præd. min. ſine decreto non alien.* Carpz. *part. 2. deciſ. 195. & in Reſp. Elect. lib. 5. tit. 8. reſp. 68. n. 34. & lib. 6. tit. 10. reſp. 115. n. 22.* Actoama Aut. M. B. *d. nat. & I. bon. Eccl. memb. 3. §.* 1. Card. Mant. *d. tac. & amb. conv. lib. 4. tit. 6. n. 6.* Molina *d. I. & I. tract. 2. diſp. 224. n. 20. & ſeqq.* Paul. Montan. *d. tutel. c. 33. n. 1. cum ſeqq.* Andr. Trentac. *var. reſol. lib. 2. tit. de Minor. reſol. 9.* Franſc. Viv. *deciſ. 25. &* 426. Caſtil. *controv. lib. 4. c. 61.* Barb. *in collect. ad l. 6. C. d. præd. & al. reb. minor. n. 78. & l. 1. n. 3. C. eod.* Præſuppono itaque pro indubitato principio, quod bona Eccleſiarum ſine juſta cauſa ad alios uſus transferri, vel alienari nequeant. Imperat hoc ipſum ſacrarum literarum Majeſtas, quæ Deum in eos qui bona cultui ſuo vel Eccleſiæ conſecrata diripiunt aut profanant, ſevere excandeſcentem exhibent. Dan. *c. 5. v. 3.* Joel. *3. v. 5. 12. 13.* Et Deus horrendum in modum in redituum ſuorum interverſores detonat his verbis; *Numquid capere debet homo quæ ſunt Dei? quid vos rapitis mea? & dixiſtis, in quo rapuimus tua? in decimis & oblationibus, maledicti eſtis maledictione eo quod vos me ſpoliatis &c.* Maleachi *3. v. 8.* *Deglutire ſacra, tendicula eſt homini* Prov. 20. *v. 25.* *Danda ſunt Deo quæ Dei ſunt.* Matth. 22. *v.* 21. Idem ſuadet naturalis juris ratio. Hoc enim ab ipſis Gentibus cum religione ſervatum comperimus ne quis Deo conſecrata temeraret. Hoc iſto Pythagoras ſymbolo ſignificatum voluit *ne concerva ligna cupreſſina.* id eſt Jovi

vi ſacra; ſiquidem ex cupreſſo Jovis formabatur ſceptrum. Nota eſt XII. Tab. lex *ſacrum ſacrumve commeatum qui clepſerit rapſeritque parricida eſto* Schurfius *ex cap. Bene quidem diſt. 66. & cap. ſunt opes cum ſeqq. 17. q. 4.* ex verbis Ambroſii contra Ribaldos noſtri temporis, qui à principibus res Eccleſiarum petunt, concludit, quod in Deum, naturam & omne jus peccent, ſibi & ſuis uſibus appropriando, quod Eccleſiis, pro communi utilitate pauperum eſt datum *Cent. 1. conſ.* 48. Quarum enim rerum dominium ſemel Eccleſiæ quæſitum, illæ ſine ſacrilegio intercipi non poſſunt *c. nulli liceat, cum ſeq. 12. q. 2. l. 22. C. d. SS. Eccl.* nec id quod ſemel Deo dicatum ad profanos uſus transferri debet. *cap. ſemel Deo d. Reg. I. in 6.* Cothman. *Vol. 2. Conſ.* 100. qui recte tradit Res Deo, Eccleſiæ & pauperibus directe & præciſe conſecratas, a laicis poſſeſſoribus male utique poſſideri, & optandum eſſe ut reſtituantur. Vid. Henr. Petræ *tr. d. monaſter. p. 75.* Syring. *d. Pac. Relig. concl.* 28. Hornbeck. *exam. bull. Pap. p. 76. usque ad p.* 90. Henr. Andr. Cren. *tr. d. pace relig. problem. 5.* Acroam. Aut. M. B. *d. nat. & j. bon. Eccl. memb. 2. §. 4.*

XX. Cum dominii eminentis uſum clarâ voce invocet publica ſalus Diſputari etiam ſolet ut notat Gr. *d. I. B. lib. 3. c. 20. n. 7.* Quid in res ſingulorum poſſint pacis cauſa ſtatuere qui Reges ſunt nec in jus ſubditorum aliud jus habent quam regium. Alibi dixit idem Gr. *d. I. B. lib. 1. c. 1. n. 6. & lib. 2. c. 14. n. 7. 8.* Res ſubditorum ſub eminenti dominio eſſe civitatis, ita ut civitas, aut qui civitatis vice fungitur, iis rebus uti, easque etiam perdere & alienare poſſit, non tantum ex ſummâ neceſſitate, quæ privatis quoque jus aliquod in aliena concedit, uti hoc declarat Gr. *d. I. B. lib. 2. c. 2. n. 7. 8. 9.* Ames *d. Conſcient. & ejus jure lib. 5. c. 5.* Sed ob publicam utilitatem, cui privatas cedere illi ipſi voluiſſe cenſendi ſunt, qui in civilem coetum coierunt. Nolo hic diſputare de novitate vocabuli illius, an JCti niſi ſint vocabulo dominii eminentis, quid enim vetat (quanquam non opus eſt huc devenire) voce, quæ in diverſis diſciplinis uſitata eſt aliter uti in Politicis, quam utuntur JCti in argumentis juridicis; cujus infinita ſunt exempla; Neque tamen inde dicendum, quod Politicis cum jure conſultis non ſemper conveniat, apage uti tradit Boecler.

Digitized by Google

cler. in H. Gr. *I. B. & P. lib. 1. c. 1. p. 1. 36.* loliginem in pravis hominum moribus; non in literis & diſciplinis amice ſemper conſpirantibus natam: Qui non conveniat Politicis & JCtis? cum J-Ctus habitu Politico (non quidem confuſo cum habitu Jurisprudentiæ ſed conjuncto) nunquam carere poſſit. Doctis Politicis (ſive Phyloſophis civilibus) cum doctis JCtis. i. e. utriusque menſuram ſui nominis implentibus, probe & ſemper convenit Idem *pag. 134.* ita ſcribit; Atque fateor intolerandæ mihi audaciæ ſemper viſum eſt, quod homines adoleſcentes, qui nunquam Grotium ita legerunt ut intelligerent, de dominio eminente, quod primum Grotius explicavit, ea conſcribillarent, quæ Grotio nunquam in mentem venerunt, hoc jus majeſtatis cum omnibus aliis Majeſtatis juribus turpiſſime confuderunt, denique poſt longas nugas id egerunt, ne quisquam neſciret, ipſos, quid eſſet jus dominii eminentis, ſolide ignorare, & imperitiæ audaciæque ſuæ chimeras, novo & raro ſchemate induere conſtituiſſe. Hoc dominium eminens ſeu ſuperiminens Grotio eſt quod civitas habet in cives & res civium ad publicum uſum exercendum publicæ utilitatis cauſa: quod eſt in Regno Regis in Ariſtocratio optimatum in Populari republ. populi, in mixto ſtatu, pro mixtionis formula, ſummæ ſemper & ubique poteſtatis. Summa poteſtas civitatem & in ea perſonas, res ac jura actiones, moderatur, eo ordine ac diſpoſitione, quam natura ipſa ad finem publicæ felicitatis obtinendum luculenter præſcripſit. In quo ordine id vel maxime eſt naturale in oneroſis, ne qua pars ultra modum partis oneretur, ſed civium quisque pro virili toleret, quæ civitatis uſus poſtulat. Verum, ut eſt varia rerum Civilium & ſæpe anceps conditio, ſi ſummæ poteſtatis proviſio, ad finem illum ſuperiorem, via ordinaria explicari morali æſtimatione nequit, tum natura ipſa non repugnat, quin fines inferiores ſuperiori, quem ſumma poteſtas omittere nequit obtemperent concedantque; non infinitum tamen. Atque ita perſonis, rebus, actionibus civium ſic contingit, ut ſumma poteſtas, eis utatur intra certos tn. limites, in quo jure ſupereminentis dominii, non quævis & communis ordinatio ſummæ poteſtatis animadvertitur, ſed exercentur actus veriſſimo dominio debiti, quod

quia duplicari non debet, conſentaneum rectæ rationi eſt, dicere civium dominium (non enim aliter quam in ſocietate Civili conſiderare fas eſt.) intelligi cum exceptione dominii eminentis. Quam exceptionem in ordine ad finem civitatis ut ſancta mortalium ſocietas conſervetur, publica & ſumma ratio dictat. Nec metuendum, ne privata dominia rerum ſupereminente dominio prorſus abſorbeatur; quæ ſatis ſubſiſtunt ſuumque jus tuentur, etiamſi juri ſupremo, aliquando certos infra limites cedere jubeantur. Huc pertinet quod Plinius *Epiſt.* 1. 12. exquiſitâ ſententiâ extollit, *Summa ratio ſapientibus pro neceſſitate eſt.* Summa ratio e. gr. quam ſalus populi poſtulas, vel ex magna honeſtate, vel ex magna utilitate; Quanquam alias diſtinguuntur, utilitas tamen excellens & publica in ratione neceſſitatis aſſumitur, ſive utilitati ea æſtimatio accedere poteſt, ut neceſſaria ſit habenda, ſumma enim poteſtas ad tantas anguſtias redigi non debet, ut dominio eminente uti nequeat, niſi in vehementiſſia neceſſitate, quæ vim infert, quod ſi enim ne privarorum quidem actus uno eo, ſoloque neceſſitatis gradu metiri legislatores & judices ſolent quæ ratio ſummæ poteſtati tam rigidam legem dici patietur? Hæc quæ de civibus & partibus civitatis & de neceſſitate publica dicta ſunt, non patiuntur reſtringi dominium eminens, ſed etiam in Clericis & Eccleſiarum bonis obtinent, quæ enim privilegia & juris actus ordinibus & hominibus lege civili ſunt conceſſa ne contra neceſſitates reipublicæ valeant, legislatoris poteſtas ultro præſtat, dum vel tacite ſummam legem publicæ ſalutis & neceſſitatis ubique vult exceptam, vel interpretatione aperta expedit quæ obſtant. vid. Dn. Bœcler. *in annot. ad. H. Gr. I. B. & P. lib.* 1. *c.* 1. Gudel. *d. jur. pacis c.* 6. Cum igitur bona Eccleſiarum ſubſint dominio eminenti ſummæ poteſtatis, recte infertur, illa etiam exigente publica neceſſitate alienari poſſe, ſi aliter publica tranquillitas & ſalus reipublicæ conſervari non poſſit: Argumentum præbet Inſtrumentum Pacis Cæſ. Suec. *art.* 10. ibique vid. Burgoldenſ. Boecl. *in Gr. d. I. B. l.* 1. *c.* 1. *pag.* 116. 117. vid. Diſſert. meam *de Negativo Precepto Non furtum facies, Anno* 1671. *ſub præſidio Admodum Spectabilis Domini Decani habitam th.* 10.

XIX. Juſtam cauſam alienandi ſi inquirere lubeat, eam quadru-

Digitized by Google

quadruplici ex fonte promanere, vulgares hi verſiculi oſtendunt.

Vtilitas, incommoditas, Pietasque, neceſſe,
Res alienari permittunt Eccleſiarum.

Quatuor nimirum ſunt cauſæ ſufficientes ad rerum Eccleſiaſticarum & hoſpitalium alienationes. Neceſſitas *cap. 1. d. reb. Eccl. non alien. in* 6. Pietas, ut eſt redemptio captivorum, Utilitas, & incommoditas, harum cauſarum unam ad minimum ſubeſſe, ut alienatio ſubſiſtat, neceſſe eſt, Weſenb. *conſ. 59. n. 14.* Carpz. *in reſp. El. lib. 5. tit. 6. reſp. 52. n. 8. 9.* 10. 11. *& Jurispr. Conſiſtor. lib. 2. tit. 19. d.* 301. Knipſch. *d. j. & privil. civit. Imper. lib. 5. tit. 9. n. 3. 4.* Prima itaque cauſa eſt Neceſſitas, quæ in quavis alienationis prohibitione ſemper excepta intelligitur. Weſenb. *conſ. 50. n.* 2. Neceſſitatis nomine, licet veniat alias omnis juſta alienandi cauſa ἐν πλάτει. *c. ſine exceptione. c. ſed notandum in pr. ubi Bellamor. 12. q. 2.* attamen cum cauſæ diſcernuntur, eam appellamus cauſam neceſſitatis evidentem. *c. 1. d. reb. Eccl. alien. in 6.* quando cogitur Eccleſia alienare, *l. jubemus C. d. SS. Eccl. l. 3. l. 5. d. reb. eor. l. 1. d. fund. dot.* ut cum æs ei incumbit alienum. *l. pen. C. qui bon. ced.* urgens, certum, quod aliter ſolvi nequeat, *c. ſicut 12. q. 2.* ex fructibus Eccleſiæ vel mobilibus, *Auth. hoc jus porrectum C. d. SS. Eccl.* quæ ante omnia in ſolutionem accipienda ſunt, etiam ex ſacris ſuperfluis, quæ aliis Eccleſiis integra, vendi poſſunt, reliquis vero, qui ſacra poſſidere nequeunt, utpote laicis, confracta vel conflata, vendi debent, *c. hoc jus* 10. *q. 2.* Joh. Honor. *in Summa j. Canon ad tit. d. reb. Eccl. non alien. n. 29.* Confracta enim formam amittunt, & ſacra eſſe deſinunt: Triplicem neceſſitatem hoc in genere proponit Petr. Gerar. *ſingul.* 100. *§. ult. n.* 18. quanquam poſſint eſſe plures, ut quando mora periculum allatura *c. melius 17. q. 1. c. ult.* Alimentatio Cravett. *conſ.* 199. *n. 4.* Reparatio Zab. *clem. 1. d. Reb. Eccl. §. 4.* Quando urget neceſſitas *n.* 22. 23. Liberatio Rectoris Redoan. *q. 5. §. 1. n.* 11. 12. 13. &c. Sicuti igitur adminiſtratores Reipubl. res communitatis alias alienari prohibitas ex cauſa neceſſitatis alienare poſſunt. *l. ult. C. d. frum. urb. conſt. lib. 11.* Card. Mant. *d. tac. & amb. conv. lib. 4. tit.* 8. Sic ex eadem neceſſitatis cauſa, permiſſum eſt res Eccleſiæ coetero-

quin

Digitized by Google

quin alienari veritas; vel oppignorare, *c. 1. d. pignor.* vel prorſus alienare. Weſenb. *conſ. 59. n. 4. 5. 6.* Barb. *de O. & P. Epiſc. part. 3. alleg. 95. n. 23. & de jure Eccl. lib. 3. c. 30. n. 12.* Treutl. *conſil. 85. n. 22.* Klock. *tom. 1. conſ. 35. n. 36.* ibi: Da nemlich die Adminiſtratores rerum Eccleſiaſticarum wegen dringender Schulden-Laſt etwas zu verpfänden / oder zuverkauffen genötiget werden. Eccleſia vero non tenetur ex mutuo, niſi probetur pecuniam verſam in ejus utilitatem, licet Prælatus & capitulum confiteantur in inſtrumento debiti, pecuniam eſſe verſam in Eccleſiæ utilitatem. Covarr. *lib. 2. var. reſ. c. 17. n. 3.* Redoan. *de reb. Eccl. rubr. an & quando ex mutuo obligetur Eccleſia q. 4. n. 1.* Rebuff. *de alien. rer. Eccleſ. n. 39.* Motzz. *de contract. tit. de mutuo c. de perſonis, quæ poſſunt mutuare n. 17.* Mantic. *de tac & ambig. conv. lib. 8. tit. 12. n. 4. 15. tit. 13. n. 12. & 16. & tit. 14. n. 14.* Marcell. Cala *de modo articulandi & probandi n. 675.* Leſſ. *de I. & I. lib. 2. c. 26. d. 2. n. 12.* Molin. *de I. & I. tract. 2. diſp. 300. n. 2. & ſeqq.* Idem dicendum in depoſito & venditione rerum Eccleſiæ facta ex cauſa neceſſaria pro ſolvendo ære alieno, quia tunc ſicuti in mutuo creditores debent eſſe ſoliciti & curare, ut pecunia convertatur in ſolutionem debiti, pro quo venditio fuit facta. Covarr. *lib. 3. var. reſ. c. 17. n. 3.* Redoan. *de reb. Eccl. non alien. rubr. d. cauſ. util.* Steph. Grat. *diſc. for. c. 196. n. 8.* Nec ex contractu cenſuali Eccleſia tenetur, niſi in ejus utilitatem pretium verſum eſſe probetur. Roder. *d. ann. redit. lib. 1. q. 14. n. 33.* Felic. de Solis *de cenſ. lib. 2. c. 2. n. 6. & cap. 2. n. 9.* quæ probatio verſionis in Eccleſiæ utilitatem non tantum per veras probationes juxta Redoan. *de reb. Eccl. non alien q. 4. §. penult. n. 3. 4.* Maſcard. *de probat concluſ. 728. n. 9. & concl. 582.* Verum etiam per conjecturas & præſumtiones fieri poteſt. Menoch. *de præſ. lib. 4. præſumpt. 55. & de A. I. Q. caſ. 432. n. 33. & ſeqq.* Roderic. *dict. lib. 1. q. 1. 14. n. 31.* Mantic. *de tat. & amb. conv. lib. 8. tit. 14. 15.* quod ſi illa verſio in commodum Eccleſiæ non probetur, in ejus præjudicium mutuum non valet, obligatur tamen Prælatus contrahens ad ejus ſolutionem, non obſtante proteſtatione, ſe nolle ex mutuo Eccleſiæ facto teneri. Rebuff. *compend. alien. rer. Eccl. n. 39. verſ. ſi tamen.* Steph. Grat. *diſc. for. c. 196. n. 6.* Barb. *in collect. ad Auth. Hoc jus porrectum C. de SS. Eccl. & in collect. ad c. 1. x. de depoſito n. 4.*

300

Digitized by Google

XXI. Egregia hic occurrit quæſtio. An & quatenus ſucceſſor in beneficio teneatur ex bonis & reditibus Eccleſiæ ad debita ſui predeceſſoris beneficiati? Diſtinguit Dn. Tabor. *in tr. de oblig. ſucceſſ. c.5.* An contractus ſit factus à Clerico anteceſſore, ſuo tantum nomine ſine conſenſu capituli, An vero cum conſenſu Capituli pro neceſſitate & utilitate Eccleſiæ, priori caſu, ſi ſuo tantum nomine. v. c. depoſitum ab amico ſuſceperit, quod poſtea diſtractum diſſipatumque ſit, Prælati conventio, Eccleſiæ & Capitulo quod non conſenſit, præjudicare non poteſt. per *cap. 1. x. de depoſito.* Cothman. *Vol. 2. reſp. 61. n. 35.* Quamvis enim defuncti Epiſcopi ſucceſſor in Epiſcopatu ſit quadantenus inſtar legitimi ſucceſſoris, illa tamen comparatio tantum in favorem Eccleſiæ recipitur, minimè verò cum de damno ejus agitur; quod ſi tamen anteceſſor prælatus pro honeſta & neceſſaria ſui ſuſtentatione debita contraxerit, tunc ſucceſſor ad illa ſolvenda tenetur. Gœden. *Conſ. 39. n. 1.* Covarr. *var. reſ. lib. 2. c. 17 n. 3.* Surd. *de Alim. tit. 8. privileg. 54. n. 7.* Navarr. *d. ſpol. Clericorum §. 10. n. 6.* Poſteriori caſu, prælatus intuitu Eccleſiæ vel pro Eccleſiæ neceſſitate vel utilitate contraxerit, ſucceſſor omnino tenetur, Navarr. *d. ſpol. cleric. d. §. 10. n. 6.* Redoan. *de Spol. Eccleſ. q. 10.* Steph. Grat. *diſc. for. c. 94. n. 33.* Barb. *ad c. 1. n. 34.* Mantica *d. tac. & amb. conv. lib. 5. tit. 12.* ubi tractat illam elegantem quæſtionem; An & quando ſucceſſor Eccleſiaſticus locationi prædeceſſoris ſtare teneatur *& tit. 13.* An ſucceſſor Prælati vel Rectoris Eccleſiæ in ejus locatione permanere debeat, *tit. 14.* de ſucceſſore commendarii agit.

XXII. Secunda cauſa eſt Pietas, ſic pauperum alimentis res Eccleſiæ alienari poſſunt, Maſcard. *d. Probat. concl. 277. n. 7. cum ſeqq.* cauſa enim alimentorum dicitur cauſa pia Mant. *d. tac. & amb. conv. lib. 13. tit. 12. n. 1.* Et pauperum cauſam piam eſſe, & omnibus privilegiis immunitatibus piis cauſis conceſſis, frui, firmant Rebell. *d. obligat. juſt. p. 2. l. 18. q. 7. n. 1.* Seb. Medic. *d. caſ. fortuit. part. 2. q. 4. n. 49.* Tiraq. *d. priv. pia cauſ. in præf. n. 9. & 23.* Cornel. Bonicas. *d. paupert. q. 5. pr. n. 40.* Quia ex eodem fonte pietatis, cauſa alimentorum & redemtionis captivorum promanat. Surd. *conſ. 367. n. 41.* Hinc ad redimendos captivos res Eccleſiæ

cleſiæ alienari poſſunt. Maſcard. *d. concl. 277. n. 5.* Tiraq. *in praf. priv. pia cauſ.* Card. Mantic. *d. Tac. & amb. conv. lib. 13. tit. 11. n. 4. & lib. 4. tit. 5. n. 12. 13.* Steph. Gratian. *diſc. for. c. 108. n. 1.* quam captivorum redemtionem ſummam pietatem, Reipublicæ Chriſtianæ utilem, & præclarum munus juſtitiæ vocat Tiraq. *ad LL. connub. gloſſ. 6. n. 277.* Barb. *d. O. & P. E. part. 3. alleg. 95. n. 23. & in Collect. ad c. 1. x. d.* Pign. *& in Collect. ad c. 70. 12. q. 2. & in collect. ad l. 17. C. d. SS. Eccl.* Non enim aurum habet Eccleſia, ut ſervet, ſed ut eroget & ſubveniat in neceſſitatibus *arg. c. cum ad audientiam cum ſeqq. X. d. Eccl. ædific.* & conſervatio ſanguinis Chriſtiani, ac periculi averſio, omnibus rebus pretioſos eſſe cenſetur. *l. 21. C. d. SS. Eccl.* Hinc ſubita belli calamitate ingruente, etiam res pretioſæ Eccleſiæ neceſſitati populi Chriſtiani impenduntur *R. I. Spir. d. An.* 1542. *§. 65.* ibi Aber die Kirchen Kleinodien und Gezierde ſollen in dieſer Anlage nit mit begriffen / ſondern als zu einem Schatz der Chriſtenheit / wo man des zu einer eyligen notwendigen unvermeidlichen Hülffe bedürffen würde / geſpart und behalten werden. Acroama Aut. M. B. *d. nat. & I. bon. Eccl. memb. 3. §. 2.* Klock. *tom. 1. conſ. 35. n. 41. & ſeqq.* Brunn. *in l. 20. C. d. SS. Eccl. & Auth. hoc jus porrectum C. eod.* Ambr. *lib. 2. d. offic. c. 28.* ubi dicit ſe incurriſſe quandoque invidiam Arrianorum ideo quod aureos calices diſtraxiſſet ad redimendos captivos, quibus tamen ipſe reſpondet, quod Deo ſint gratiores animæ Captivorum, qui redimebantur, quam aurea vaſa, & reliqua templorum ornamenta Petr. Martyr. *ad cap. 21. lib. 1. reg.* Opes Eccleſiæ a Tertulliano *in Apologetico,* pietatis depoſita vocantur; Sic & opes Eccleſiæ pauperibus reſervavit D. Laurentius, qui à Decio Tyranno interrogatus ubi eſſent Theſauri Eccleſiæ, oſtendit pauperes, & hi (inquit) ſunt Theſauri Eccleſiæ. Quo pertinet Bonifacii Martyris reſponſum, qui percontanti cuidam, an liceat ligneis calicibus ut in Sacramento; olim ait aurei Sacerdotes ligneis vaſis, nunc lignei Sacerdotes aureis vaſis utuntur; uti teſtatur Fr. Duaren. *lib. 6. d. SS. Eccl. Miniſtr. & benef. c. 9.* cui ſimile eſt illud Alexandri Imperatoris, *in Sacris quid facit aurum,* uti eſt apud Perſium *Satyr. 2. inf.* Sic & Cyrillus Hieroſolymorum Epiſcopus ob famem publicam vaſa Eccleſiæ vendi-

diſſe commemorat. Sozom. *lib. 5. tripart. biſtor. c. 37.* Eamque ob caufam recte Achatius, cum multi Chriſtiani ab hoſtibus capti eſſent, ſuaſit omnia vaſa ſacra alienari debere, quod Deus nec poculis nec vaſis indigeret uti refert Socrates *in Hiſtor. Eccl. lib. 7. c. 21.* Et Epiſcopus Carthaginenſis pro redimenda vita mitigandaque captivitate Romanorum, univerſa aurea & argentea Eccleſiæ vaſa diſtraxiſſe legitur, uti ſcribit Victor. *lib. 1. perſecut. Vandal.* Et generaliter tenendum; Eccleſiaſtica bona alienationi & contributioni ſubjecta eſſe iis caſibus, in quibus principaliter pietas & publica utilitas verſatur. Cacheran. *deciſ. Pedamont. 68. n. 8.* Wiſſenb. *in Commentat cathedr. ad tit. 2. n. 3. C. d. SS. Eccleſ.* Weſenb. *conſ.* 59. *n.* 9. 10. 11.

XXIII. Tertia cauſa eſt utilitas, quæ ſi intercedat, alienatio eſt licita & permiſſa *c. ut ſuper X. d. reb. Eccl. c. non ſine exceptione c. 12. q. 2.* Weſenb. *conſil. 59. n. 78.* Cov. *lib. 3. c. 17. n. 2.* Trentac. *var. reſol. lib. 3. tit. d. rer. alienat. reſol. 1. num. 4.* Duar. *d. benef. lib. 7. c. 9.* Wameſ. *conſ. 289. n. 3.* uti ſi pro re Eccleſiæ melior res detur. *c. Tua X. de his, quæ fiunt a Prælato.* Klock. *Tom. 1. conſ. 35. n. 37. 38. 39.* Sic etiam paterfamilias, bona adventitia filiorum alienari prohibita, ob cauſam majoris utilitatis, diſtrahere poteſt, *l. fin. §. penult. vers. non autem C. de bon. quæ lib.* & pluribus exemplis confirmat Redoan. *de reb. Eccl. non al. rubr. q. 19. n. 98. & ſeqq.* Covarr. *var. reſ. lib. 2. c. 26. n. 8. & cap. 17. n. 2.* Molina de primog. *lib. 4. c. 4. & c. 6. in pr.* & hæc alienatio eſt licita, licet res Eccleſiæ ſit donata cum hac conditione, ne alienetur, hoc enim caſu ratio prohibitionis ceſſat. Debet vero illa utilitas eſſe videns & indubitata eo tempore, quo fit alienatio. Roland. *Vol. 1. conſ. 15. n. 9.* Barb. *in Collect. ad c. ſine exceptione n. 5. c. 12. q. 2. & ad c. 8. n. 6. 7. X. d. reb. Eccl.* Baldus. *256. conſ. verſ. præterea.* Corn. *lib. 2. conſ. 244. n. 3.* Et attenditur, tempus ultimæ alienationis, non vero antiquæ. Carol. de Graſſis. *deciſ. 3. n. 16. d. reb. Eccl. non al.* quæ etiam utilitas in conceſſione Emphyteuſis bonorum Eccleſiæ conſideratur tempore ultimæ conceſſionis. Gratian. *diſc. for. c. 379. n. 22. 23.* Carol. de Graſſis *d. l. deciſ. 4.* Nec ſufficit, quod Eccleſia nullum damnum ſenſerit, ſed requiritur lucrum & commodum tempore factæ alienationis, *c. ſine exceptione 12. q. 2.* Barb.

Digitized by Google

de jur. Eccl. lib. 3. c. 30. n. 13. & ſeqq. & in Collect. ad c. 7. n. 3. X. de reb. Eccl. al. Hæc alienatio, ſi evidenter de utilitate conſtat, ſubſiſtit, etiamſi ſolennitas debita non intervenerit, uti multis deducit Mantica *de Tac. & amb. conv. lib. 25. Tit. 6. n. 38. & ſeq.* Klock. *Tom 1. conſ. 35. n. 38. 39.* Gabriel *commun. tit. de reb. Eccl. non al. n. 17.* Rebuff. *in comp. alien n. 34.* Quarant. *verb. alien. rer. Eccl. n. 34.* Barb. *de O. & P. Epiſc. part 3. alleg. 95. n. 25.* Et quamvis appellatione alienationis latè ſumptæ, permutatio comprehendatur. Barb. *in Collect. ad l. fin. C. de reb. alien.* Si tamen illa fiat, cum re majorem utilitatem afferente, illa eſt conceſſa Natta. *conſ. 470. n. 4.* Redoan. *d. reb. Eccl. non al. q. 2. c. 4.* Vinc. Honded. *Vol. 1. conſ. 58. n. 32.* Vinc. Fuſar. *de Subſtitut. c. 130. n. 4. & ſeq.* Barboſ. *in tr. de appell. verb. utriusque Juris Signif. appel. 14. n. 7. & in collect. ad Auth. Sed permutare C. de SS. Eccl.*

XXIV. Quarta cauſa eſt incommoditas Eccleſiæ, ut quia propter impendia, hoſtilitatem, inundationem, aut ſimilia, res Eccleſiæ magis ſit damnoſa, quam utilis. *c. ne liceat. c. ne terrulas c. 12. q. 2.* Schurffius *conſ. 76. Cent. 2. conſ. 99. Centur.* 1. Redoan. *d. reb. Eccl. alien. rubr. de cauſa incommoditatis* Weſemb. *conſ. 59 n. 11. 12.* Rebuff. *in comp. alien. n. 34.* Hinc perpetua Emphyteuſis bonorum Eccleſiæ concedi poteſt, de rebus incultis parum utilibus Eccleſiæ Gamm. *deciſ. 323. n. 1.* Barb. *de O. & P. Ep. part. 3. alleg. 95. n. 25. 26. & de jur. Eccl. lib. 3. c. 30. n. 19. 20.* & res immobilis parva cum conſenſu Epiſcopi absque ſolennitatibus alienari poteſt *c. ne terrulas. 12. q. 2.* Si tamen hæc concurrant, ut res ſit exigua & modica, Eccleſiæ non ſit utilis, & neceſſitas id ſuadeat. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. q. 12. n. 19. q. 51. c. 8. & 20.* Plures refert Alois. Ricc. *in praxi rer. Eccl. deciſ. 38. in 1. edit. & reſol. 36. in 2. edit.*

XXV. Elegantes quæſtiones hic moveri poſſunt. (1.) An legatum vel hæreditatem ſuæ Eccleſiæ relictam ſolus Prælatus repudiare poſſit? Communis interpretum noſtrorum ſchola exiſtimat, Prælatum in acquirendis poſſe præjudicare. Panorm. *in c. Tua n. 9. de his quæ fiunt a Prælato* Rebuff. *compend. alien. n. 91.* Bonac. *var. tract. 2. q. unic. punct. 2. n. 33. verſ. ſed mota;* Firmamenta hujus ſententiæ peti poſſunt *ex l. quæ autem ff. de his, quæ in fraud.*

Digitized by Google

fraud. cred. & ex l. ſi ſponſus §. *ſed ſi maritus ff. de don. inter vir. & ux.* Hereditas enim delata, nec dum tamen Eccleſiæ incorporata, nondum eſt jus quæſitum, ſed acquirendum vid. Sanchez, *de matrim. lib. 7. diſp. 4. n. 12. & in præcept. decal. Tom. 2. lib. 7. c. 6. n. 4.* Barboſ. *de jur. Eccl. lib. 3. c. 30. n. 42. & d. O. & P. Epiſc. part. 3. alleg. 95. n.* 52. 53. qui tamen *n. ſequenti* 54. in puncto juris alienationem rerum Eccleſiaſticarum non ſolum acquiſitarum, ſed etiam acquirendarum prohibitam putat, ex eo, quia hujusmodi res tranſeunt in Eccleſiam ipſo jure, & poſſeſſio absque traditionem in eam transfertur. *l. fin. C. de SS. Eccl.* Et hanc ſententiam tuentur Molina *de I. & I. tract. 2. diſp. 468. n. 11.* Filliue. *part. 3. tract. 44. c. 9. n. 34.* Lambert. *de jur. patronat lib. 3. q. 9. art. 1. n. 31.* Gloſſa ſingularis *verbo. aut neglectum, cap. quinque cauſ. 12. quæſt. 4.* notabiliter reſolvit, quod ſi Prælatus aliquid negligat acquirere, cum poſſet, teneatur ad inſtar tutoris, qui ſi negligentiâ ſuâ pupillo non acquirat, ad reſtitutionem tenetur, ita tradunt Boer. *deciſ. 44. n. 14.* Sanch. *d. matrim. lib. 6. diſp. 14. n. 15.* Paul. Comitol. *reſp. moral. lib. 1. quæſt. 85.* Auguſt. Barboſ. *in Collect. ad c. Quinque. cauſ. 12. quæſt. 4.*

XXVI. Secunda quæſtio eſt; An ſolus Prælatus ſine ſolennitate Canonica caducitatem emphyteutæ Eccleſiæ remittere posſit¿ Affirmat Jaſon *in l. legatum n. 18. ff. d. leg.* 1. Clar. §. *Emphyteuſis q. 10. verſ. ſed numquid*; Et ideo Emphyteuta excuſatur a commiſſo, ſi prælatus etiam ſolus absque capitulo recipiat penſiones, poſt commmiſſam caducitatem, Menoch. *d. præſ. lib. 13. q. 112. n. 17. & conſil. 79. n. 7.* Sanch. *d. matrim. lib. 6. diſp. 4. n. 13.* Card. Mant. *d. tac. & amb. conv. lib. 22. tit. 33. n. 13. 14.* Qui enim rem emphyteuticam ad Eccleſiam devolutam ſine conſenſu capituli alteri concedere poteſt, ille multo magis recipiendo penſionem, vel raram habendo, Eccleſiæ præjudicare poteſt. Atqui Prælatus hoc facere poteſt, Ergo. Barb. *de O. & P. Ep. part. 3. alleg. 95 n. 64. 65. Et de Iur. Eccl. lib. 3. c. 30. n. 42. inf.* Chriſtoph. Bluemblacher. *in tract. d. jur. Emphyteut. vitalit. & jur. precar. quæſt. 37.* Tertio quæri ſoet, cum Eccclesia tanquam corpus fictum ſine anima confeſſionem per ſe ipſam facere non posſit, ac proinde per Prælatum ſeu alium de ipſa Eccleſia fieri debeat; An & quando con-

do confeſſio Prælati vel Epiſcopi ipſi Eccleſiæ præjudicet? Nonnulli diſtinguunt, inter confeſſionem Prælati non habentis capitulum vel ſaltem habentis adminiſtrationem diverſam ab illo, juxta terminos textus *cap. edoceri d. reſcript.* & inter confeſſionem Prælati, cum Capitulo communem adminiſtrationem gerentis ut primo caſu confeſſio noceat, poſteriori vero minime. Abb. *in c. ult. d. præſcript. n. 43.* Dec. *conſ. 474. n. 7.* Card. Tuſc. *tom. 3. lit. C. concl. 669. n. 34. & ſeqq.* Alii diſtinguunt inter confeſſionem factam in judicio, in quibus terminis omnes fere concedunt ſolius Prælati confeſſionem Eccleſiæ præjudicare, ſicut & tutoris & procuratoris; ita intelligentes *c. ſuborta ibique Gloſſa 4. de re jud. c. 2. ibique Gl. verb. ſponte de Capill. monachor. & c. ult. d. confeſſ.* & inter confeſſionem factam extra judicium, per viam jurisdictionis voluntariæ; quo caſu non præjudicare Eccleſiæ, communiter reſolvunt, per text *in l. certum §. ſed an & ipſos ff. d. confeſſis.* Quam diſtinctionem tradidit Bartol. *ad d. l.* Sarmien. *lib. 3. ſelect. q. c. 15. n. 5.* Barb. *d. O. & P. Ep. part. 3. alleg. 124.* Dicitur vero Prælati confeſſio voluntaria, quando eſt facta non præcedente judicis juſſu. Alex. *lib. 2. conſ. 222. n.* 16. qualis confeſſio non eſt apta ad obligandam Eccleſiam. Vinc. Honded. *Vol 2. conſ. 66. n. 72.* Aufrer. *in addit. ad Capell.* Tholoſ. *Dec. 392.* Nec obſtat Text. *c. ſi diligenti d. præſcript.* ibi *cum ſecundum confeſſionem tuam;* Ex quo deduci videtur Eccleſiæ præjudicare confeſſionem ſimplicem ſolius Prælati; Communiter reſpondent Dd. confeſſionem ſolius Archiepiſcopi in propoſito caſu attendi & Eccleſiæ præjudicare, quia cum liquido conſtaret judicatum Calaritanum & totam Sardiniam ad Romanæ Eccleſiæ patrimonium immediate pertinere, ut habet *text. in pr. d. cap.* & deducitur *ex c. Ego Ludovicus 63. diſt. & cap. Conſtantius 2. 96. diſt.* Et præſumtio juris erat pro confeſſione Archiepiſcopi, & proinde illa maxime veriſimilis admittenda, absque conſenſu Capituli in ejusdem præjudicium. Abb. *n. 4.* & alii *in d. c. ſi diligendi.* Verum ut recte obſervat Barb. *d. O. & P. E. part. 3. alleg 125. n. 7.* is communis intellectus jure non probatur, nec eſt ſufficiens ratio; quod confeſſio ſit veriſimilis, ad illum effectum, ut tertio nocere queat; & licet tota Sardinia ad Romanam Eccleſiam ſpectaret, potuit tamen

Digitized by Google

men nihilominus Eccleſia Piſana, aliquo titulo vel jure ſpeciali, habere quaſi poſſeſſionem; Unde cum *d. cap.* contrarium non aperiat, ne principaliter de confeſſione quæſtio fuit mota, verius & ſecurius videtur, præſupponere terminos habiles, nam ſive dicamus (ut ex littera colligi videtur) quod Archiepiſcopus in judicio apud Pontificem egerit, vel cauſam ſuam defenderit, vel ſaltem communem, ſive cum Eccleſia Piſana, in qua ſpecie ſolus agere vel conveniri potuit in *cap. edoceri d. reſcript.* ubi late Felin. *n.* 2. merito confesſio Archiepiſcopi ex neceſſitate judicii procedens præjudicat Eccleſiæ, ſi vero dicamus, confesſionem factam per viam voluntariæ jurisdictionis, & abſque neceſſitate judicii, tunc ut Eccleſiæ vel Capitulo præjudicet, requiritur conſenſus vel mandatum ſpeciale, & ita ponendi ſunt termini habiles, quod intervenerint omnia requiſita. Barb. *d. O. & P. Ep. part. 3. alleg. 125. n. 7.* vid. Merckelb. *in conſ. Klock. tom. 1. conſ. 1. n. 73. & conſ.* 10. *n. 95.* qui *n. 98.* probat, quod Prælatus ſine præſentia Capituli in judicio actionem intentare, & è contra conveniri poſſit; hisce verbis: Wie dann ein Prælatus, ohne beyſeyn des Convents, und Capituli, im Stand Rechtens klagen auch hinwieder paſſive mit Recht belanget werden kan. Innoc. Abbas & Felin. *n. 2. verſ. ſolus Prælatus, in cap. edoceri d. reſcript.* Speculat. *d. actore* §. 78. Decius *in d. c. edoceri n. 8.* ubi citat etiam Lapum *alleg.* 39. Unde & in cauſa Baumgarten / contra bonorum poſſeſſores, in ſpecie den Herrn Probſt zum H. Creutz/ jetzo Dechant und Convent zu Augſpurg / rejecta interventione conventus vel Capituli, quam ſententiam contra Præpoſitum latam, ex hoc fundamento retractare nitebantur, quod conventus uti non citatus, judicio non interfuiſſet, & quod bona feudalia emta, quæ fidei commiſſo Baumgærtnero ſubjecta fuerunt, ad eundem conventum ſpectarent; in 10. Executorialium paritio Domino Præpoſito in Camera Imper. 20. Jun. An. 1603. injuncta fuit, idem Merckelbach. *in conſ. Klock, tom. 1. conſ. 37. n. 269. 270.*;

XXVII. Emergentes è procelloſa rerum Eccleſiaſticarum alienationis prohibitione, afflare cœpit aura placidior. Permittam itaque vela lenibus ventis, & explanabo formam alienationis rerum Eccleſiaſticarum, quæ vel eſt communis, vel propria;

Com-

Communis eſt, quando res, alias alienari prohibitæ, cum univerſitate tranſeunt; Sic ſi caſtrum cum omnibus juribus alicui vendatur, etiam jus Patronatus quod caſtro inhæret, ad emtorem tranſit. *c. 7. c. 23. x. d. jur. Patron.* Covarr. *var. reſol. lib. 2. c. 18. n. 8. verſ. his vero rationibus.* Vult. *d. Feud. c. 5. n. 19.* Roch. *tr. de jur. Patron. q. 25. n. 46.* Lambert. *d. jur. Patron. lib. 1. part. 2. q. 5. art. 20.* Roſent. *d. feud. c. 4. concl. 13.* Barboſ. *in collect. ad c. 13. x. d. jur. Patron. & ad c. 13. n. 2. & ſeqq. x. d. tit.* vid. Sanchez *in præcept. Decal. lib. 2. c. 19. n. 12.* Et ſi in caſtro vel villa, quæ viro in dotem datur, Eccleſia ſit conſtructa, eaque ſit de jure Patronatus, jus hoc præſentandi, conſtante matrimonio, ad maritum pertinet. Barboſ. *d. O. & P. Ep. part. 3. alleg. 71. n. 38. Et in collect. ad c. ex literis 7. n. 3. x. d. jur. Patron.* Mant. *d. tac. & amb. conv. lib. 12. tit. 32. n. 4. 20. & ſeqq.* Molina *d. Primog. l. 1. c. 24. n. 3.* Menoch. *conſ. 66. n. 27.* Propria forma alienandi conſiſtit in ſolennitate Canonica, quæ in hoc alienationis negotio obſervanda & implenda eſt, cujus omiſſo in qualibet vel minima portiuncula totum actum vitiat. Alph. Villag. *d. rer. Eccl. male alien. reſtit. lib. 2. c. 4. n. 136.* Gail. *lib. 2. obſ. 65. n. 5.* Maſtril. *deciſ. 58. n. 4.* Mantic. *d. tac. & amb. conv. lib. 4. tit. 7. n. 21. & lib. 25. tit. 6. n. 23.* Zaſ. *1. conſ. 5. n. 94.* Exigit autem canonica ſolennitas, quando agitur de alienatione rei immobilis, ſpectantis ad Eccleſiam parochialem, ubi non eſt capitulum, ut Curatores vel Parochus alienans, deferat contractum alienationis ad Diœceſanum vel Epiſcopum loci, ubi res alienanda ſita eſt, qui dat commiſſarios ad inquirendum per teſtes, an alienatio Eccleſiæ expediat, annon, & ſi ex informatione de neceſſitate vel utilitate conſtiterit, Epiſcopus alienationem decernit. Imbertus *in Enchiridio ſuo verb. Alienatio.* Si Eccleſia habet capitulum, requiritur Primo. conſenſus & autoritas ſuperioris Epiſcopi. *can. placuit 50. cum ſeq. cauſ. 12. q. 2. Nov. 120. c. 6. can. 4. dict. c. & q.* Rebuff. *in comp. alienat. n. 11. cum ſeqq.* Covarr. *var. reſol. lib. 2. n. 17. n. 1.* Redoan. *d. reb. Eccl. rub. d. tractatu per tot.* Cothman. *vol. 1. Conſil. 28.* Wames. *conſ. 289. n. 2.* vel alterius immediati, qui Epiſcopalem habet juriſdictionem, Rol. à Valle *Vol. 1. conſ. 15.* vel generalis ordinis fratrum, quando alienantur bona alicujus monaſterii Trentacinq. *3. reſol. 1. d. rer. alien. n. 19. verſ. & ſic vides*, qui

304

ſuperioris conſenſus adeo requiritur, ut contraria conſuetudo valere nequeat. Rol. a Valle *vol. 1. conſ. 16. n. 4.* Imo bona Eccleſiaſtica inconſulto Pontifice non alienantur. *extrav. in ambitioſa, d. reb. Eccl. non. al.* M. Ant. Genuenſ. *Prax. cur. Archiep. Neap. c. 75. n. 2.* Villagr. *d. reb. Eccl. mal. alien. c. 2. n. 4.* Secunda ſolennitas eſt tractatus; debet enim fieri congregatio capituli, & præcedere exacta inquiſitio, an ſit alienatio utilis Eccleſiæ, an damnoſa *c. ſine exceptione 12. q. 2. c. tua nuper d. his quæ fiunt à Prælato c. 1. d. reb. Eccl. non alien. n. 6.* Villagr. *d. tr. lib. 1. c. 2. n. 1.* Mantic. *de tac. & amb. conv. lib. 4. tit. 7. n. 5. & lib. 25. tit. 6. n. 25.* nec ille tractatus præſumitur, licet in documento alienationis is dicatur præceſſiſſe, Trent. *3. reſol. 1. d. rer. al. n. 28.* Mantic. *d. tac. & amb. conv. lib. 2. c. 6. n. 6. & lib. 28. tit. 6. n. 26.* ſed ſuper ea omnia publicum debet fieri inſtrumentum ex Paul. d. Caſtriſ. Rebuff. Trentac. *d. loc. n. 17.* Alex. *lib. 4. conſ. 17. n. 6.* Wames. *conſ. 289. n. 1.* Tertio requiritur conſenſus Capituli, ut omnes capitulariter congregati collegialiter conſentiant, Alph. Villagr. *d. tr. lib. 1. c. 2. n. 2.* Redoan. *d. tr. rubr. 23. n. 31. & ſeq.* & ſingulorum fratrum nomina exprimantur. Redoan. *d. l.* Trentac. *d. l. n. 23.* Nec ſufficit generalis illa verborum conceptio Cluniecenſis cœnobii conventus. Renat. Choppin. *d. Sacr. Polat. lib. 6. tit. 8. n. 18.* Denique illa alienatio eſt confirmanda omnium ſubſcriptione; *c. tua nuper. ibi ſubſcriptione. c. ſine exceptione ibi ſine omnium Clericorum ſubſcriptione. q. 2.* Hieron. Henriquez. *conſ. 91. n. 2.* Pac. Thoming. *lib. 1. conſ. 9. n. 3.* Klock, *tom. 1. conſ. 35. n. 49. & ſeqq. & n. 259. & ſeqq.* Th. Merckelb. *in conſ. Klock. tom. 1. conſ.* 11. *n.* 130. 131. 132. 140. 141. 142. *& tom. 2. conſ. 54. n. 20. & n. 61. 62. & tom. 2. conſ. 48. n. 1.* Weſ. *conſ.* 59. *n.* 17. 18. Carpz. *Reſp. Elect. lib. 5. tit. 1. reſp. 52. & Jurispr. Conſiſt. lib. 2. tit.* 19. *def.* 300. *& ſeqq.* Reink. *d. Reg. Seci & Eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. c. 33. n.* 13. 14. Joh. Goedd. *in reſp. pro neſtia Baron. Vallend. n.* 182. Cothman. *Vol. 1. reſp. 28. n. 68. & n. 131. & ſeqq. & conſ. 61. vol. 1.* Meiſchner. *tom. 3. deciſ. 1. n. 21.* Joh. a Sande. *d. prob. rer. alien. c. 7. §. 3.* Acroam. Auth. M. B. *d. nat. & jur. benef. rer. Eccl. diſſ. 2. q. un punct. 4. n. 1. 2.* Knipſch. *d. j. & privil. civit. imper. lib. 5. c. 9. n. F. & ſeqq.* Barboſ. *in collect. ad c. ſine exceptione 52. cauſ. 14. q. 2. & n. collect. ad c. Non licet 1. n. 2. x d. reb. Eccl. al. & ad c. dudum n. 5.*

4. 5. d. tit. lib. 3. Sexti Decretal, tit. 9. Bruning. *d. var. univ. ſpecieb. concl.* 83. 84.

XXVIII. Illud hic excuciendum, An conſenſus majoris partis minorem partem in alienationibus rerum eccleſiaſticarum obſtringat, ita ut actus ille pro valido habeatur? Omnes quidem conſociationes hoc habent commune, quod in iis rebus ob quas conſociatio quæque inſtituta eſt, univerſitas & ejus pars major nomine univerſitatis obligant ſingulos qui ſunt in ſocietate; Omnino enim ea credenda eſt fuiſſe voluntas in ſocietatem coëuntium ut ratio aliqua eſſet expediendi negotia: eſt autem manifeſte iniquum, ut pars major ſequatur minorem: quod naturaliter ſecluſis pactis ac legibus, quæ formam tractandis negotiis imponunt pars major habet jus integri, Grotius *d. I. B. & P. lib. 2. cap. 5. n. 17.* Ariſt. *Polit. 4. 8.* Apud Romanos, M. Cœlio teſte, lege cautum fuit, ut quod major pars judicaverit id jus ratumque ſit. Cic. *lib. Epiſt. fam. 8.* Hinc Symmachus *lib.* 4 *Epiſt.* 27. ſcribit, legem Curiæ Romanæ illam fuiſſe, ut majoris numeri anteſtet autoritas, quod & teſtatur Car. Sigon. *d. Antiq. I. Civ. Rom c. 14.* Nic. Grachius *lib. 1. d. Comit. Rom. c. 4.* Idem in Germanorum comitiis ſervari vult. Nic. Cuſan. *lib. 3. d. Concord. Cathol. c. 33.* quam ſententiam, quidem alias Civitatibus faventes & addicti in jure fundatam fateri coguntur. Lud. Gremb. & Hier. Agninus Rerumpublicarum Argentinenſis & Francofurtenſis Advocati in conſilio ad Inſtantiam Civitatum Imperalium, pro earundem jure & voto in Comitiis Imperio reddito, & in ſpecie, An ipſi contributiones aliave a majori ſtatuum parte approbata, inviti ſolvere & approbare teneantur? Idem confirmat Autor conſilii in eadem cauſa redditi, quod legere eſt inter Conſilia Anonymi cujusdam. Imp. Cam. Advocati Spiræ impreſſa *conſ. 66. p. 381.* Et Hier. Schurff. *cent. 1. conſ. 59.* quem ſequuntur Chriſtoph Winther *d. Collect. obſ. 6. n. 3.* Modeſt. Piſt. *lib. 2. conſ.* 21. Verum licet concedam in opinionum conflictibus, quando tractatur de re, quæ ad omnes univerſim pertinet, plurium votorum potiorem eſſe autoritatem, quo res in conſultationibus publicis facilius ad cauſæ definitionem perduci poſſit; Illud tamen cum hoc temperamento eſt accipiendum, ut pluralitas votorum tantam

vim non obtineat, ſi agatur de rebus quæ ad omnes & ſingulos pertinent, tunc enim illa regula recta ratione vallata & munitâ eſt obſervanda; QUOD OMNES TANGIT AB OMNIBUS APPROBARI DEBET. *c. quod omnes tangit. d. R. I. in 6.* Meiſchn. *tom. 4. dec. Cam. 27. n. 4.* Marburg. *Vol. 4. conſ. 16. n.* 420. 421. Ex Concil. Later. *cap. 1. X. d. his quæ fiunt à Maj. parte cap.* ibi, *ut niſi à paucioribus & inferioribus aliquid rationabiliter objectum fuerit.* Symmachus Papa *in Romana Synodo tertia habita circa annum Domini 506, in c. ſi quis Presbyter. 6. R. d. reb. Eccl. alien.* ibi, *Sed etiam licet quibuscunque Eccleſiæ perſonis vocem contradictionis offerre* Alphonſ. Villagr. *d. reb. Eccl. non rite alien. lib. 1. c. 11. n. 50. & ſeqq. & lib. 1. c. 10. n.* 3. 4. Nec dicitur major pars Capituli quæ majori numero fulcitur, ſed quæ majori ratione & pietate nititur: Quid ſi enim Capitulum vel Collegium aliquid ſtatuere vellet, contra privilegia, conſuetas conſtitutiones & immunitas Eccleſiæ? actus geſtus uno contradicente ex ſolidâ aliqua ratione, a ſuperiori irritus redditur: Et ita in terminis decidit Alph. Villagr. *d. tract. lib. 1. q. 61.* ſtatuens quod Clerici habentes rem immobilem Eccleſiaſticam, non poſſint regulariter de illa diſponere, niſi omnes conſentiant, & *n. 22. & ſeqq.* hanc concluſionem ampliat & extendit ad caſum ubi agitur in favorem piæ cauſæ vid. Villagr. *cap. 63. n. 1. 2. & lib. 1. q. 38. n. 7. 8.* Si quis vero objiciat, bona capituli eſſe propria ipſius corporis ficti, & non ſingulorum de Capitulo, id ſine ullo piaculo aſpernari poſſum, Canonici enim Capitulum repræſentant, ac reditus & fructus ex bonis capituli, ad tempus vitæ ſuæ pro rata & quota percipiunt, & ſibi acquirunt, quare non ſine ratione ſtatuitur, illos ut ſingulos hiſce bonis uti frui, ac in iiſdem jus quæſitum, quod citra illorum conſenſum, facto Collegarum auferri nequit, habere. Nic. Garcias Hiſp. *tract. d. benef. Eccleſ. part. 3. c. 2. n.* 455. ubi dicit, unum ſolum poſſe reſiſtere, ſi actus tendat in damnum & dedecus univerſitatis, & conceſſionem factam à majori parte Capituli aliquibus contradicentibus non præjudicare juri Capituli. Accedit quod ſupradicta ſententia de pluralitate votorum in materia collectarum & contributionum aliis viris cordatis diſpliceat. Matth. Coler. *Conſ. 1. Pro Civit. Roſtochienſ. contra Dnum. Duc. Megapol. n. 233. & ſeqq.* Correferens *in cauſa civitatis Brunſwic. contra Dn. Duc.*

Brunſw.

Brunſw. mandati ſine clauſulâ, das abgenommene Zehend-Korn betreffend apud Joh. Meiſchn. *tom. 4. dec. 27. n. 20.* Extat iisdem verbis in Brunſchwigiſchem Hiſtoriſchem Handel *tom. 2. ſect. 1. fol. 638. & ſeqq.* Vid. Klock. *tom. 1. conſ. 35. n. 308. & ſeqq.*

XXIX. Non eſt extra propoſitum illud hîc monere, quod in alienatione rerum ad Eccleſiam pertinentium Patroni conſenſus non ſit neceſſarius, Roch. *d. Curt. d. jur. patr. Verb. onerosum n. 3. & verb. honorificum n.* 10. Lambert. *de jur. patr. 7. art. q. 2. pr. n. 5.* quem ſententiam confirmat Modeſt. piſt. *tom. 1. conſ. 28. n. 21.* ibi. Und wann nun gleich Kläger das Jus Patronatus ſeinem Angeben nach hätte / ſo folget doch darauß nicht / daß *in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum, quas anteceſſores ſui dederunt Eccleſiæ* ſeyn *conſens* und Bewilligung von nöthen / dann ob wol in den Rechten etliche *ſolennitates* erfordert / die da *in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum* ſollen gehalten werden / wie wir dann davon haben *in Auth. Hoc jus C. d. SS. Eccl. quæ refertur in c. hoc. jus* 10. *q. 2. & c. ſine 12. q. 2. & c. tuæ X. d. his quæ fiunt a Prælat.* So ſtehet doch in ſolchen Rechts-Ordnungen / noch ſonſten an keinem Orte nicht / daß die Kirchen-Güter oder Einkommen von der Kirchen / ohne Bewilligunge deſſen der ſolche Güter zu der Kirchen gegeben / und ſich von wegen ſolcher Stifftung des *Juris Patronatus* anmaſſet / nicht können verkaufft oder *alieniret* werden. Patronis tamen beneficiariis competit jus inſpectionis, ac ſollicitudo quædam, ut res Eccleſiarum â ſe fundatarum ſartas tectas conſervari curent *c. filiis 16. q. 7.* ubi dicitur licitam eſſe bonæ mentis ſolertiam, ut ſi filii, nepotes aut propinqui ejus qui conſtruxit vel dotavit Eccleſiam, Sacerdotem vel miniſtrum aliquid ex collatis rebus defraudare præviderint, commonitionis honeſtæ conventione compeſcant *c. ex literis 7. in fin. d. I. Patron.* ubi Boich. *n. 11.* Citadin. *d. I. Patron. part. 6. art. 4. q. 13. n. 25.* Et dicit Panormit. *in c. ſuggeſtum d. I. Patron.* quod Patronus poſſit impedire, nec reditus Patronatus Eccleſiæ in alios uſus convertantur, quam ad quos tempore fundationis fuerunt deſtinati: & quod non poſſit Epiſcopus Eccleſiam ab aliquo fundatam, ſine conſenſu ipſius, alteri Eccleſiæ ſubjicere. Gloſſ. *in c. nobis d. I. Patron.* probat, non poſſe mutari ſtatum Eccleſiæ ab Epiſcopo, in præjudicium Patroni, ſine ipſius conſenſu, quos tex-

306

Digitized by Google

tus explicat eleganter Modeſt. Piſt. *libi 1. conſ. 43. n. 20. & 30.* Hinc concludit Panormit. *in cap. d. Monachis n. 6. d. prabend.* quod Patroni Eccleſiaſtici hac gaudeant pærogativa præ Laicis, quod poſſint exigere rationem de poſſeſſionibus & bonis Eccleſiæ temporalibus juxta *c. cum & plantare §. in Eccleſia d. Privil.* nec non cuſtodiam & adminiſtrationem Eccleſiæ vacantis habeant, ſecundum intellectum Pannorm. *in primo not.* Atque ita ſecus eſſe arbitratur in Patrono Laico: quod ante illum expreſſius docuit Innocentius *in cap. un. ut Eccleſiaſt. benef. ſine deminut. confer. col. antipen. ſuper verb. Patronatus*, ajens, quod ubi Patronus eſt Laicus, cuſtodia & gubernatio Eccleſiæ vacantis, ad Epiſcopum pertineat cui Eccleſia ſubeſt. Modeſt. Piſt. *d. conſ. 43. n.* 27. Mager. *de Advoc. armat. c. 10. n. 371. & ſeqq.* vid. A. Barboſ. *d. I. Eccleſ. univ. lib. 3. c. 16.* ubi agit de unionibus beneficiorum; & probat §. 2. quod in unione facienda requiratur cauſa, aut neceſſitas, aut utilitas Eccleſiarum, *cap. expoſuiſti d. prabend.* Rebuff. *d. unionibus n. 38.* Sanchez. *in pracept. Decal. tom. 2. lib. 6. c. 29. n. 161.* quæ neceſſitas unionis eſt, ſi duæ Eccleſiæ vel Præbendæ adeo ſint tenues, ut ad victum duorum non ſufficiant *c. unio* 10. *q. 3. c. poſtquam* 16. *q.* 1. *Clement. in agro §. adhac, d. ſtatu monach.* Deinde opus eſt, ut citentur omnes quorum intereſt. Sanchez. *d. c. 29. n.* 178. Denique in unione illa facienda per Epiſcopum, requiritur conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis *Clem. 2. d. reb. Eccl. non alien.* Sanchez. *d. c. 29. n.* 164. Nic. Garc. *d. benef. c. 2. n.* 164. ut conſenſus Patroni Roch. *d. jur. Patron. verb. bonorificum n. 8.* Lamb. *eod. tract. lib. 3. q. 6. art. 2.* Sanchez. *d. c. 29. n.* 168. Quæ unio ac Epiſcopo fieri debet, qui Eccleſias ſuæ diœceſis unire poteſt *cap. ſicut uniri d. exceſſ. Pralat.* Garc. *d. c. 2. n. 62.* Sanchez. *d. l. n.* 147. Barb *d. I. Eccleſiaſtic. d. c. 16. §. 3.* Quod jus hodie ſtatibus Imperii, qui ſunt muniti & vallati ſuperioritate territoriali & jure Epiſcopali etiam competit: De hac materia Magnifica Facultas Juridica hujus Academiæ elegans dedit Reſponſum 13. Aug. An. 1659. quod mihi a ſpectabili Domino Decano communicatum hic ſubjungam. Als uns/ Decano, Seniori, und andern Doctoribus der Juriſten-Facultät zu Rintheln ſpecies facti zu geſandt/ und wie weit die darin angezogene rationes pro capitulo in rechten beſtehen können/ unſer rechtliches

Beden-

Bedencken erfordert worden: Demnach haben wir dieſelbe mit Fleiß verleſen / collegialiter wohl erwogen / und dafür / daß / nachdem vermöge der Rechten / und deß H. Reichs Ordnungen / ſonderlich deß Religion-Friedens / der Augſpurgiſchen Confeſſion zugethaner / damahlen regierender Lands-Fürſt / vigore ſuperioritatis territorialis, exindeque competentis juris Epiſcopalis wol bemacht geweſen / die eine vicariam ex ſimplicibus, umb die Kirchen in den beſchwerlichen oneribus contributionis und anderer Schulden zu ſubleviren / und alſo der Kirchen zum beſten / dem turno zu eximiren / und des Stiffts fabricæ zu incorporiren / und dem Stifft darüber causâ cognitâ gnädige conceſſion zuertheilen; So iſt deß Hn. Concedentis Fürſtl. Durchl. Succeſſor in dignitate Regali ſolche ſeines Anteceſſoris conceſſion genehm zu halten / umb ſo viel mehr verbunden / quod iſta conceſſio vi adminiſtrationis ipſius dignitatis data ſit, & ad ejus deteriorationem, læſionem vel deformationem non vergat, docente Henrico Roſenthal *intr. de Feudis c. 10. concl. 38. n. 27. & 34.* Und weil auß dem Bericht ſo viel zu erſehen / daß deß gnädigſten Lands-Fürſten proprium intereſſe hiebey gar ſchlecht / Seine Fürſtl. Durchl. ohne Zweiffel dergleichen conceſſiones auß rechtmäſſigen Urſachen zu ertheilen / ſich ſelbſt wol bemächtigt erachten / und nicht gern ſehen würden / daß dieſelbe von ihren Succeſſorn auffgehoben werden ſolten; So werden Seine Fürſtl. Durchl. dieſe Conceſſion nicht zu wiederruffen / für billich halten / von Rechts wegen / rc.

XXV. Nec hæc quæſtio omittenda; An ſolennitas Canonica, quæ requiritur in alienatione rerum Eccleſiaſticarum, ex temporis diuturnitate præſumatur? Barb. *d. O. & P. Ep. part. 3. alleg. 95. n. 72.* ſtatuit illam eſſe receptiorem ſententiam, quod illa ex curſu 30. annorum cum obſervantia præſumatur; & ita deciſum refert *in Rota Deciſ.* 170. *diverſ. Vol. 2. & deciſ. 237. lib. 2. in Romana domus de tribus montibus 29. Octobr. 1582. coram Illuſtriſſ. Aldobrand. poſtea Clemente VIII. Et in cauſ. Meſſan. pœnitentiarum 28. Jun.* 1582. *coram Blanchetto, & in Romana Caſalin. 7. Jun.* 1591. *coram Gipſio*; quas citat Barb. *d. l.* ex Aloys. Ricc. *in prax. Rer. for. Eccl. dec. 32.* Alciat. *d. præſum. reg. 6. præſ. 30. n. 2.* Cravett. *d. antiq. temp. p. 1. n. 35.* Simoncell. *d. decret. & e. lib. 3. tit. 7. n. 37.* quos inter

inter alios refert Menoch. *2. d. præſumt 75. n. 24.* Et hanc ſententiam eſſe receptiſſimam dicit Hier. d. Monte *tract. d. fin. reg. c. 95. n. 17.* præſumi ſc. ſpatio 30. annorum ſolennitatem extrinſecam interveniſſe. Merckelb. *in conſ. Klok. tom. 1. conſ. 11. n.* 166. Gail. *lib. 2. obſ. 71. n. 7. & ſeqq.* Vinc. Honded. *Vol. 1. conſ. 82. n.* 1. Molina *in conſuet. Pariſ. §. 5. n. 65. & conſ. 44. n. 3. tom. 1.* qui ita judicatum refert. Ern. Cothm. *Vol. 1. conſ. 30. n. 76. & ſeqq.* Barb. *in Collect. ad cap. 1. n. 11. 12. lib. 3. Sexti Decretal. tit.* 9. quæ tamen præſumtio ceſſat, ſi ex inſpectione inſtrumenti conſtet illam ſolennitatem non interveniſſe Menoch. *d. præſumt. lib. 3. præſ. 132. n. 79. Maſcard. d. probat. concluſ.* 1140. *n. 25. & concluſ. 1316. n. 33.* Peregrin. *d. I. Fiſci lib. 6. tit. 8. n.* 25. Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c. 268. n. 4.* Barb. *d. O. & P. Ep. part. 3. alleg. 95. n. 73.* Cravetta *conſ. 773. n. 12. in fin.* Simon. de Prætis *conſ. 3. n. 2. 6. cent. 3.* Klock. *tom. 1. conſ. 35. n. 397. & conſ. 50. n. 227.* Præſcriptio vero 40. Annorum quæ bona fide eſt munita, currit quidem contra Eccleſiam *c. de quarta X. de præſcript.* quæ tamen contra Eccleſiam vacantem ipſo jure dormit *c. 1. vers ſi tamen d. præſcript. c. de quarta verſ. niſi c. auditis verſ. quod ſi eod. tit.* Abbas *in c. cum deputati n.* 19. *d. Judic.* Guid. Papa *deciſ.* 152. Molina *d. I. & I. tr. 2. diſp.* 78. *n.* 7. Eccleſia enim dum vacat, carens defenſore, jure agere prohibetur *ult. ne ede vacante*, & ſic contra Eccleſiam jure impeditam ipſo jure præſcriptio ſilet? Deinde mortuo prælato vacat poſſeſſio prælaturæ beneficii & dignitatis, & ſic carent legitimo defenſore, licet bonorum & jurium illius poſſeſſio retineatur per ipſam Eccleſiam, quæ nunquam moritur, & nunquam deſinit poſſidere civiliter. Boccac. *d. interdict. uti poſſid. cap. 2. n. 91.* Pontanus *d. Spoliis lib. 3. c. 9. n.* 149. Redoan. *d. ſpol. Eccl. q. 7. n. 34. & q. 14. n. 28. & 29. & q. 15. n.* 11. Merckelb. *in Conſ. Klock. tom. 1. conſ. 29. n. 157.* A. Barb. *d. O. & P. Ep. part. 3. alleg. 132. n. 3.* qui *n.* 5. aſſerit, hoc procedere non tantum in rebus ad Eccleſiam vel menſam Prælati pertinentibus, verum etiam in iis, quæ Eccleſiæ & Prælato ſimul cum capitulo vel Prælatis ſunt communes; Nec præſcriptio illa currit, dum vivit Prælatus ille, qui rem Eccesiæ temere alienavit, quamdiu enim ille vivit, perinde quoad hunc effectum eſt, ac ſi Eccleſia Prælatum non habeat cum habeat inutilem, quem lex veroſimiliter non credit im-

Digitized by Google

impugnaturum id, quod temere fecit *c. Sacerdotes 16. q. 4.* Dicitur vero Eccleſia vacare, quæ vacat proprio & immediato Prælato, qui pro rebus Eccleſiæ jure agere deberet, qualis eſt Epiſcopus reſpectu Cathedralis, Abbas reſpectu Abbatialis Eccleſiæ, licet non deſint alii ſuperiores Prælati & mediati Barb. *d. O. & P. Ep. d. alleg. 117. n. 7.* Sed hic quæritur; Si alienatio fiat ipſi Prælato, an tunc æque ſolennia requirantur? Weſenb. *conſ. 59. n. 23.* decidit, non æque requiri ut in extraneo emtore, quando patet utrinque bonam in omnibus interveniſſe fidem, nec quidquam actum fraudulenter, alioquin propter potentiam & conceſſionem, rem non carere omni dubitatione, maxime ſi perſona ſit ſuſpecta, ex eo quod alienationem ſibi & ſuis oportunam procuret, & propinqui non bonæ conditionis & famæ ſint, Prælati enim deteriorem Eccleſiæ conditiontm facere non debent. *c. 1. d. in integr. reſt.* cum ſint procuratores, non domini rerum Eccleſiaſticarum *c. 2.* ibique Panorm. *in 2. notab. de donat.* & cœleſtes iracundias ſacroſanctarum rerum adminiſtratores expectent, ſi qualecunque lucrum ex hujuſmodi gubernationibus ſibi acquiſierint, vel ſi hoc committi ab alio conſenſerint. ut dicitur *l. 37. §. f. C. d. Epiſc. & Cler.*

XXXI. Solet & hæc difficultas hoc loco agitari; An nimirum illa ſolennitas Canonica hodie tamſtricte in alienatione rerum Eccleſiaſticarum obſervetur? Weſemb. *conſ. 59. n. 23* concludit, quod hæc quidem, quæ ſupra poſuit, de jure ita ſe habeant, quæ ſi omnia obſervanda eſſent exacte, vix ulla maneret rata rerum Eccleſiaſticarum alienatio; Itaque in Regiis & ſummis curiis, ut ipſum ſe cognoviſſe & ab aliis experientiſſimis Pragmaticis in ſecreto comperiſſe hæc non omnia ad amuſſim obſervari. & notat, Guid. Papa *deciſ. 156. 157. 160. & 194. n. 1* conſuetudinem attendi debere, quam multis in locis omnia tam exacte non exigere indicat. *dict. deciſ.* Et Joh. Bug. *leg. abrog. lib. 1. art. 60.* Quanquam de ſolennibus *Auth. hoc jus porrectum. C. d. SS. Eccl.* potius loquantur; Canonicam enim ſolennitatem ſervari vult. Papo. *lib. 1. arreſt. tit. 13. art. 12. pen. & ult.* putat itaque circumſtantiis hic plurimum in utramque partem tribuendum. & tempori, ſi quando diuturnitas intervenerit, forte temporis quæ poſſeſſorem

tueatur; & ſolennitatum etiam Eccleſiaſticarum præſumtionem inducat. Weſemb. *Vol. 5. conſ. 211. n. 10.* quem ſequuntur Ern. Cothm. *Vol. 1. conſ. 30. n. 112.* citans Molinæum *conſ. 44. n. 3.* Alex. Raudens. *d. Analog. c. 38. n. 98. 148.* Dn. Arum. *deciſ. 5. n. 69. part. 2.* Merckelb. *in conſ. Klock. tom. 2. conſ. 11. num. 204. & 286.* Requirunt tamen ad ejusmodi alienationem conſenſum & confirmationem ſuperioris Jac. Thoming. *conſ. 17. n. 2.* Joh. del Caſtillo *d. Vſufr. c. 54 n. 14. & ſeqq.* Joſ. Ludoſ. *part. 2. deciſ. Peruſin. 93. n. 1. & ſeqq.* Carpz. *Reſp. Elect. lib. 5. tit. 6. reſp. 52. n. 30. & ſeqq. & Jurispr. Conſiſt. lib. 2. tit. 19. d. 30. n. 9.* Klock. *tom. 1. conſ. 35. n. 84.*

XXXII. Cognito jure, quod in materia & forma alienationis rerum Eccleſiaſticarum obtinet, non inconveniens mihi viſum eſt ſubjungere de pœnâ, quâ coërcentur ii, qui eo jure abutentes, vel temeritate & inconſiderata audacia, vel dolo & malitiâ contra Canonicam prohibitionem rem aliquam Eccleſiæ alienaverunt: Et quidem Paulus II. *c. un. d. reb. Eccl. non alien. lib. 3. extrav. comm. tit. 4.* graviſſime magnisque pœnis ſtatuit contra eos, qui alienarent contra illam ſuam conſtitutionem, aut inconſulto Romano Pontifice, ſcil. quôd alienatio eſſet invalida, & accipiens incurrat pœnam excommunicationis, alienans alias pœnas definitas, quæ ut locum obtineant, ſufficit, quod alienatio fieret contra tenorem illius conſtitutionis, vel inconſulto Romano Pontifice, quia ad veritatem disjunctivæ, ſive alternativæ ſufficit alteram partem eſſe veram; *reg. in Alternativis d. reg. I. in 6.* Navarr. *d. alien. rer. Eccleſ. n. 13. quem ſequitur* Barb. *d. O. & P. Ep. part. 3. alleg. 95. n. 47.* Verum eſt controverſa quæſtio; An prædicta Extravagans fuerit uſu recepta, nec ne? Sylveſter *in ſumm. verb. alienatio n. 15.* fatetur, non eſſe moribus utentium receptam, idem affirmat *verb. excommunicatio n. 83.* Navarr. *in man. c. 27. n. 150.* inquit, ſe credere in paucis locis eſſe receptam quoad pœnas extrinſecas, quanquam in multis locis ſit recepta quoad diſpoſitionem principalem & pœnam nullitatis alienationis, & locationis factæ in plures quam tres annos. Idem reſolvunt Sarm. *d. redit. Eccleſ. part. 1. c. 2. n. 20.* Ludov. Mol. *d. J. & J. tr. 2. diſp. 466. n. 10.* Verum non deſunt, qui prædictam Extrav. uſu receptam atteſtantur Redoan. *d. reb. Eccl. q. 58. n. 25.* Fachin. *controv.*

lib. rib. c. 99. in pr. & conſ. 24. n. 2. lib. 3. & alii plures, quos recenſet Barb. *d. O. & P. Epiſt. d. alleg. 95. n. 48. 49. & part. 3. alleg. 50. n. 235. & in Collect. ad d. extrav. Ambitioſæ n. 3.* A cenſura tn. *d. c. Ambitioſæ* excuſatur, alienans ex ignorantia juris, vel facti, modo ea non ſit conjuncta cum inſigni temeritate. Navarr. *Conſ. 19. d. reb. Eccleſ. non alien. in novis.* ut & ille qui bona Eccleſiæ alienavit abſque debitâ ſolennitate, ſed pœnitentia ductus alienationem revocavit ante realem & pacificam traditionem Did. Covarr. *lib. 2. c. 16. n° 7.* Navarr. *conſ. 18. d. reb. Eccleſ. non alien.* Sed utrum Cardinales ſubjaceant legibus & pœnis, alienantibus bona Eccleſiaſtica impoſitis? vid. Bonac. *var. tr. 2. d. alien. bon. Eccleſ. diſp. 2. q. un. punct. 5. n. 6.* Inferiores Prælati, qui Eccleſias cum cura, vel ſine cura habentes, beneficia & bona ſine ſolennitate hujus Extrav. alienant, ipſo facto beneficiis privantur. Petr. Greg. *d. re benef. c. 25. n. 16.* Barb. *d. O & P. Ep. part. 3. alleg. 57. n. 226. & in Collect. ad c. Ambitioſa n. 26. qu. n. 27.* pro coronide illam quæſtionem decidit, An & quando Prælati, ſeu beneficiati, cædentes arbores ad ſuam Eccleſiam, ſeu beneficia ſpectantes, evadant excommunicationem in *d. Extrav.* comminatam? Cujus reſolutio pendet ex cognitione; An ſylvæ ſint omnino cæduæ? An uno aliquo modo fructiferæ dicantur? Sicuti enim Emphyteuta arbores frugiferas cædens, amittit jus quod habet & expelli poteſt, Surd. *dec. 286. n. 9.* Garc. *d. expenſ. c. 11. n. 35.* uti & uſu fructuarius, Craſſ. *§. legatum qu. 133. in pr.* nec non Colonus & Conductor, Caroc. *d. locat. grad. 4. accid. q. 3. n. 5. 6.* Joſ. Ludov. Perus *dec. 94. part. 2.* Ita etiam beneficiatus ſuccidens arbores quæ radices egerunt, etiam non fructiferas, incurrit excommunicationem, Uti conſuluit Navarr. *Conſ. 6. 7. d. reb. Eccl. non al.* De variis pœnis & ſuſpenſionibus Clericorum, qui immobilia bona, aut jura Eccleſiarum ſine ſuperiorum conſenſu Laicis ſubjiciunt, legere eſt Lopez *in Pract. Crim. Canon. p. 232. & ſeqq.* ubi octo pœnarum genera enumerat. vid. Covarr. *var. reſol. lib. 2. c. 17. n. 1.* Redoan. *d. reb. Eccl. non al. q. 29. in cap. habetur pariter n. 30.* Rebuff. *in compend. alien. verb. irrita n. 102.* Navarr. *in tr. d. reb. Eccl. non al. n. 24. 25.* Ugolin. *d. poteſt. Epiſc. c. 14. §. 6.* Barb. *in Collect. ad c. ſi quis Presbyterorum 6. n. 2. X. de reb. Eccl. al. vel non* David. Doring. *Bibliotec. Jureconſ. verb. alienatio n. 158.*

349

XXXIII. Bona Eccleſiarum iisdem ſubjiciuntur regulis, quibus adſtringuntur bona pupillorum ac minorum, Eccleſiaque pupillo ac minori æquiparatur. Carp. *Juriſpr. Conſiſt. lib. 2. tit. 19. d. 300. n.* 12. Hartm. Piſt. *obſerv.* 68. *n.* 5. Jam vero expeditum eſt, bonorum minoris & pupilli immobilium diſtractionem, abſque debitis ſolennitatibus factam, ipſo jure nullam haberi, ita ut minor, ſive pupillus, quando ad majorem ætatem pervenerit, bona alienata vindicare poſſit, nec opus habeat reſtitutione in integrum, *l. 2. C. d. præd. minor. ſine decret. non alien. l. 4. C. ſi adv. verſ. rem. jud. l. 3. C. ſi adv. libert.* Carpz. *I. F. R. 8. c. 1. Dec. part. 2. d.* ... *29. & juriſpr. Conſiſt. l. 2. tit.* 19. *d. 303. n. 4. & 6.* quod non diſplicuit Papæ Symmacho, poteſtatem bona Eccleſiarum, ſine debitis ſolennitatibus diſtractarum rurſus vindicandi Eccleſiæ tribuenti. *cap. 6. x. d. reb. Eccl. non al. & c. 2. eod. can. 52. cauſ. 12. q. 4.* Redoan. *in tr. d. reb. Eccl. non alien. q. 22. §. nunc autem n. 14. & ſeqq.* Hinc Prælatus bona Eccleſiæ alienans ipſe repetere poteſt, & tenetur nomine Eccleſiæ contractui, contravenire, quem ipſe fecit, licet alienans proprio juramento firmaverit ſe non repetiturum, aut factam alienationem nunquam revocaturum. Pinell. *in l. 1. C. d. bon. mat. part. 3. n. 73. verſ. idem probatur.* Cavalc. *d. tutor. & cur. n. 162.* Gutier. *d. jur. confirm. part. 1. c. 1. n. 96.* Klock. *tom. 1. conſ. 35. n. 387. & ſeqq.* Quod & procedit non ſolum in ipſo alienante, ſed & in ejus ſucceſſore, qui male alienata per prædeceſſorem, recuperare poteſt. Barboſ. *in collect. ad d. c. 6. n. 8. x. d. reb. Eccl. al.* Merckelb. *in Conſ. Klock. tom. 1. conſ. 11. n. 162.* Utrum vero hoc in caſu Eccleſia, quando vult a contractu inito reſilire, in quo ſolennitates neceſſariæ non fuerunt adhibitæ, teneatur reſtituere pretium, & quicquid ex contractu ad ipſam pervenit? dubitatio eſt non levis; quam examinavit Abb. *ad d. c. 6 n* 13. Butn. *n. 13.* Imol. *n. 25.* & alii, quos refert Barb. *ad d. c. 6. n. 9.* ex quibus colligitur, eſſe juris regulam, & æquitatis pleniſſimam, quod pupillus ſive Eccleſia, quando velint à contractu reſilire, teneantur reſtituere pretium & omne id, quod ex illo contractu ad eos pervenit; Et in ſpecie quod Eccleſia impugnans contractum, teneatur ad reſtitutionem ſortis, confirmat

præ-

præjudiciis Rotæ Romanæ Barb.d.l. Nec refert, an contractus fuerit quidem validus, ſed reſcindendus, vel an ſit nullus, quia etiam poſtremo caſu poteſt contrahens cum Eccleſia, ex conditione ſine cauſa repetere pretium tanquam ſine cauſa datum, *l.1. in f. l. nihil ff. d. condict. ſine cauſa.* Menoch. *conſ. 644. n. 3. 14.* Natta *conſ. 631. n. 7. in f.* Quod reſtringit Barboſ. *in Collect. ad d. c. 6. n. 9.* ut pupillus & Eccleſia ad reſtitutionem pretii & acceptorum teneantur, quatenus conſtet illos eſſe factos locupletiores. Joh. à Sand. *d. prob. rer. alien. cap. 1. §. 6. n. 83.* Brunnem. *ad. Auth. hoc. jus porrectum in f. C. d. SS. Eccl.* Sfort. Odd. *d. reſt. in integr. part. 1. q. 47. art. 4. n. 20.*

XXXIV. Hæc annullatio actus non eſt poena, quando non in odium inducitur & poenam contrahentium, ſed propter defectum non ſervatæ ſolennitatis canonicæ, ſecus ſi in odium illa contingat. Barb. *in collect. ad d. c. 6. n.* 10. Tenetur vero emtor rei Eccleſiaſticæ nulliter alienatæ, vel alius, qvi eam poſſidet illam Eccleſiæ reſtituere cum omnibus fructibus: uti tradunt Dd. *in d. c. 6.* Joh. a Sande *d. prob. rer. alien. c. 7. §. 4. n. 17.* Rodoan. *d. reb. Eccl. non al. q. 77. c. 5. n. 2.* Rebuff. *in compend. alien. n.* 103. Pinell. *in l. 2. C. d. reſcind. vend. part. 3. n. 4. & ſeqq.* Barb. *in collect. ad d. c. 6. n. 13. & in collect. ad l. 14. n. 18. 20. 21. C. d. SS. Eccleſ.* Brunn. *in Auth. qui res C. eod.* Covarr. *var. reſol. lib. 1. cap. 3. n. 8.* Et alienans res Eccleſiæ, de evictione de proprio tenetur. *Innoc. in pr. ad d. c. 6.* Imol. *n. 19. & ſeqq.* Bald. *n.* 16. qui hoc ampliant, ut procedat contra alienantis heredes, non ſolum ad pretium, ſed etiam ad intereſſe & damna, Barb. *in collect. ad d. c. 6. n.* 15.

XXXV. Diximus ſupra, quod ſucceſſor Prælati temere alienata revocare poſſit; Unde quæſitum, An Epiſcopus teneatur ratam habere alienationem factam à prædeceſſore, quando Eccleſiam hæredem reliquit? Pro negante ſententia facit regula *in c. 8. in fin. X. de reb. Eccleſ. al. & l. 14. §. ſane C. d. SS. Eccl.* quæ omnibus Eccleſiaſticis perſonis, imo ipſis alienatoribus facultatem moralem concedit repetendi & revocandi temere alienata, licet enim nemini liceat factum proprium impugnare, *c. 8. V. nec ipſi d. conceſſ. prabend.* Pinell. *in l. 1. Eod. d. bon. mat. p. 3. n. 31.* no-

Digitized by Google

31. nomine tamen Eccleſiæ, vel alterius, cui jus quæſitum eſt, recte hoc fieri poteſt. Pinell. *d. l. n.* 83. quod ſi igitur hæc facultas conceditur ipſi alienatori, multo magis illa concedenda videtur ejus ſucceſſori, licet Eccleſia hæres fuerit inſtituta. Deinde eadem ratio juris videtur militare in donatione facta Eccleſiæ ſub modo, quæ non revocatur, quamvis modus non adimpleatur; Ergo nec hæreditas relicta revocabitur, licet ſucceſſor prælati non ſtet alienationi factæ à defuncto. *vid. c. 4. de condit. appos.* Covarr. *var. reſol. lib. 1. c. 14. n. 6.* Tertio videtur hæc ſententia mirifice confirmari ex *cap. 1. d. teſtam.* ubi proponitur Eccleſia hæres inſtituta in 4. uncias & tamen nec pro ea parte tenetur ſucceſſor ratas habere alienationes, quas fecerat Epiſcopus teſtator. Contrariam vero ſententiam affirmantem amplectimur. *Gloſſa in d. cap.* 1. quæ textum ita declarat, niſi Eccleſia defuncti prælati hæres fuerit, quod tunc adverſus alienationem ab illo factam venire non poſſit: dictant enim principia juris hæredem non poſſe venire contra factum defuncti, pro ea parte, qua hæres eſt. *l. 149. ff. de reg. jur. l. cum heres 11. ff. d. diverſ. temp. præſcript. l. cum a matre 14. C. de rei vindic. l. ſi ab eo 7. C. d. negot. geſt. l. 24. C. d. donat. l. 3. C. d. reb. alien. non. alienand. l. filium 31. ff. de lib. cauſ.* Joh. à Sande *de prohibit. rer. alien. cap. 8. n. 32.* Gloſſam ſequitur Abbas, *in d. c. 1. n. 2.* Imol. *n. 9.* Covarr. *d. c. 14. n. 13.* Valaſc. *conſult. 52. n. 47.* Barb. *in collect. ad d. c. 1. n. 10.* Tiraq. *d. privil. p. cauſ. privil. 88.* Pinell. *in d. l. 1. part. 3. n. 79.* Et cum hæres hæreditatem ſibi delatam amplectitur, ſimul judicium defuncti agnoſcere, ſeque oneribus, quæ ex voluntate defuncti ſunt obeunda ſubjicere creditur, atque ita cum legatariis & fideicommiſſariis contrahere, taciteque ſe iis obligare videtur *l. 5. §. 2. d. O. & A. l. 40. eod. l. 3. §. f. & l. 4. quib. ex cauſ. in poſſ. l. un. §. 4. l. d. caduc. tollend. l. 1. C. commun. legat.* Et hæc ſententia ſtabilitur hac non ficulnea ratione: Sic pater bona adventitia filii alienare nequit, nec poſſeſſor majoratus bona reſtitutioni obnoxia *l. 71. §. prædium & §. fratre ff. de leg. 2.* Si tamen filius, vel ſucceſſor Majoratus hæredes inſtituantur, tenetur ille in perpetuum, hic vero ſaltem in vita ratam habere alienationem. Pinell. *d. l.* Covarr. *var. reſol. lib. 2. c. 18. n. 2. verſ. quarta concluſio.* Molina

d. pri-

d. primog. lib. 4. cap. 1. n. 17. Ex quo eadem ratione juris concludi poterit, quamvis prælatus non potuerit bona Eccleſiæ alienare, ſi tamen Eccleſia ab illo ſit hæres inſtituta, quod hæc teneatur qua talis, pro ea parte qua hæres eſt, alienationi ſtare. Nec obſtant argumenta contraria, quorum aciem fregit Barb. *d. O. & P. Ep. part. 3. alleg. 115.* Verum hic emergit nova quæſtio: An mortuo Prælato, qui conceſſit officia ſui Epiſcopatus, poſſit ejus ſucceſſor illa officia aliis concedere, vel an teneatur primam conceſſionem ratam habere? Et concludunt Dd. quod novus ſucceſſor illa aliis concedere poſſit. Molina *de primog. l. 1. c. 25. n. 5.* Maſtrill. *d. Magiſtrat. lib. 1. cap. 20. n. 50.* Prælatus enim non poteſt concedere futura in præjudicium ſucceſſoris, imo ſucceſſor poteſt gratiam & conceſſionem a prædeceſſore factam revocare. *cap. ſi is cui d. præbend. lib. 6. c. intellecto d. jure. 1. cap. Abbate ſane d. re judic. in 6.* A. Barb. *in C. ad. c. Nulla 2. x. d. conceſſ. præb.* Dec. *conſ. 25. n. 2. vol. 1. & conſ. 2. n. 123. vol. 2.* qui ait, hoc procedere, etiamſi gratia, vel conceſſio fiat per prædeceſſorem nomine dignitatis. Vid. Barb. *d. alleg. 115. n. 11. & ſ.* qui hanc reſolutionem tribus modis temperat. Inter quas limitationes hæc probe obſervanda, ſi conceſſu capituli ſit facta conceſſio, quo caſu ſucceſſor omnino tenetur ſtare conceſſioni, nec eam revocare poteſt, capitulum enim nunquam moritur *c. liberti c. 12. q. 2. c. ſi gratioſe d. reſc. in 6.* H. Piſt. *lib. 2. part. 2. q. 27. n. 16. & ſeq.* Herm. Vultei. *l. 1. c. 10. n. 16.* Thoming. *conſ. 11. n. 28. & 41.* Matth. d. Afflict. *in c. n. 6. & 14. qui ſuc. dar. ten.* Borch. *d. feud. c. 7. memb. 1. n. 20. in fin.* Schrad. *d. feud. p. 2. c. 2. n. 36. & 37.* Petr. Heig. *p. 1. qu. 14. n. 49. & ſeq.* qui agit in terminis gratiæ ab Anteceſſore Archi-Epiſcopi Magdeburgenſis cum conſenſu capituli factæ, de coquendo in ſalinis menſalibus, & decidit illam conceſſionem a ſucceſſore Archi-Epiſcopi revocari non poſſe. Et concludit Senatus JCTorum, quod ſucceſſor in prælatura tunc ad implendam de feudo viventis a prædeceſſore ſuo factam promiſſionem teneatur, licet illud vivente promiſſore apertum non ſit, quando illa promiſſio ob bene merita ſit facta. Schrad. *d. feud. p. 3. c. 2. n. 38. 39.* Modeſt. Piſt. *vol. 1. conſ. 63. n. 3.* Dn. Ref. in cauſ. Epiſc. Leod. contr. Annam. de la Venne apud

311

apud Gylmann. *Sympbor, tom. 4. p. 1. vol. 3. n. 71.* Klock. *tom. 2. conſ. 4. n. 73. & ſeqq.*

XXXVI. Quia alienatio facta contra Canonum prohibitionem eſt nulla, contra illam nullitatis querela implorato nobili officio nomine Eccleſiæ intententari poteſt. Minſing. *conſ. 17. n. 4.* uti conſuluit Menoch. *conſ. 150. n. 10.* in transactione a puella minorenni, ſine juſta cauſa tranſigendi & ſolenni decreto inita qui tamen, *n.* 13. tutius putat, ut in iſto caſu utrumque remedium reſtitutionis in integrum & nullitatis in hunc modum proponatur; Peto dictam transactionem declarari nullam, & irritam, tam ob falſam cauſam, ob quam confecta eſt, quam ob defectum ſolennitatum, quæ in contractu minorum & Eccleſiarum requiruntur, & ſi conſtare poſſet, prædictam transactionem non eſſe nullam, ſed validam, peto me tanquam ætate minorem in integrum adverſus illam reſtitui. Quæ duo remedia ita commodè ſub conditione illa cumulari poſſunt, Schurff. *cent. 2. conſ. 9. n. 16.* Weſemb. *conſ. 6. n. 225.* & præjudicio Cameræ Imper. confirmat Mynſing. *cent. 2. obſ.* 25. & ſuadet Merckelb. *in conſ. Klock. tom. 1. conſ. 11. n.* 204. utiliter hoc in caſu illam cumulationem fieri, cum ſola nullitatis querela ſit periculoſa, ſi forſan doceretur, de conſuetudine non requiri adeo exactam ſolennitatum obſervationem in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum. Idem conſilium ſuppeditat Klock. *tom. 1. conſ. 35. n. 401. & ſeqq.* Illa querela nullitatis per modum actionis ad 30. annos proponi poterit. Gail, *lib. 1. obſerv. 127. n.* 8. uti in jure dicendo contractum nullum reſpondit Bald. *vol. 5. conſ.* 189. excipiendo vero perpetuo durat. Minſing. *conſ. 17. n.* 5. Et eſt ubi agitur de nullitate contractuum, coram ordinario judice proponenda. Gail, *d. l. n. 3. & ſeqq. Minſing. cent. 5. obſ. 92. n. 3.* Merckelb. *in conſ. Klock. tom. 1. conſ. 11. n. 206. 207. 209.* Et quia Eccleſia gaudet juribus Minorum, etiam beneficium reſtitutionis in integrum ei eſt concedendum *c. 1. X. d. in integr. reſt. c. 1. eod. in 6.* Barb. *in Collect. ad c. requiſivit 1. n. 4. 5. 6. x.* ibid. Pinell. *in l. 2. C. d. reſc. vend. p. 1. c. 1. n. 16.* Valaſc. *conſ. 112. n. 2.* ut ſi contractus in caſu licito ſolenniter ſit initus, & in eo Eccleſia ſit læſa. Merckelbach, *d. l. n.* 199. Et reſtituitur Eccleſia usque ad quadriennium utile a principio,

Clem.

pūta a ſcientia. Barb. *in collect. ad c. 1. d. reſtit. in integr. in 6. & in Clem. 1. eo & in c. 1. x. eod. n. 13.* Gometz. *var. tr. tom. 2. c. 14. n. 7.* Merkelb. *d. l.* poſt mortem prælati alienatoris. Redoan. *d. reb. Eccleſ. in quæſt. d. reſt. in integr. in princ. n. 15. & 16.* It. Oddus *d. reſt. in integr. q. 19. n. 75. & q. 20. n. 32.* Quod ſi valde enormis læſio probari poſſit, etiam poſt quadriennium reſtitutio peti poterit. Merkelb. *d. conſ. 11. n. 198.* Barb. *in C. in d. c. 1. in 6. & in c. 1. n. 16. x. eod.* Denique prælatus nomine Eccleſiæ, vel Prælaturæ agere poteſt in petitorio & poſſeſſorio recuperandæ & retinendæ poſſeſſionis. Abb. *in c. cum ſemper n. 19, 20, 21. d. cauſ. poſſeſ. & propr.* Licet ipſe Prælatus contractum inutilem iniverit & pro ſpoliatore ſe habuerit, cum enim ex contractu inutili per prælatum initi poſſeſſio non transferatur, nomine Eccleſiæ, vel prælaturæ poteſt petere manutentionem. Barb. *in collect. ad c. olim 17. n. 11. x. de reſtit. ſpoliat. & in vot. decis. & conſult. can. lib. 2. vot. 42.*

Hic ſiſto gradum & finio meum laborem bono nomine, omine non infauſto. Sane difficiles in hac materia ſcopulos non prænavigavi. Quod ſi cuipiam non omnia videbuntur ex Apollinis tripode dicta, ille moneat, corrigat, ſed placide, & ſano affectu monitus meliora ſequar. Quisquis ergo (: ſunt verba Auguſtini :) audit hoc vel legit, ubi pariter certus eſt, pergat mecum, ubi pariter hæſitat, quærat mecum, ubi errorem ſuum agnoſcit, redeat ad me, ubi meum, revocet me. Ita ingrediamur ſimul charitatis viam, tendentes ad eum, de quo dictum eſt: Quærite faciem ejus ſemper:

CUI SIT GLORIA IN EXCELSIS.

3 1 2

Digitized by Google

SCAZON.

BODINE nate Patre ab optimo noſtro
Felix amico, Conſuliſque SCHREIBERI
Incomparabiliſque Jure conſulti
Felicior nepos, dolore non parvo
Sum proſequutus ante lugubri verſu
Manes avi, quem non amor mihi junxit
Vulgaris à compluribus retro lapſis
Annis. Tuus Jucundiore verſura
Honos jubet nunc læta verba profudi
Quem diſputatione quæris integrum
In jure, dum bona ſacra ne profanentur
Aut diſtrahantur, firmius probas doctis
Conſultationibus, tua hac Juventute
E Cathedra, quas juge laude defendis,
Rarum profecto exemplar hujus ætatis
Quæ luſtra vix quatuor relinquit. Oramus
Numen ſupremum, cuncta ſint tibi fauſta,
Quod ſi dies rubræ refulſerit mitræ
Cantabit alius Pegaſeium melos.

Op. ni affinis ac amici magnæ ſpei filium pro licentia capeſſendi honores Doctorales diſputantem hoc verſu comitabar.

CHRIST. JOACH. Buchholtz D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google